

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Platonis Civilis, vel, de regno

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](#)

natur scire se putans. Alterius vero fama, propter variam in sermonibus revolutionem, certe suspicionem plurimam metumq; habet, ne forte ignoret illa, que corā alijs scire se simulat. THE. Oīno ex vtrisq; generibus est, ut narrasti. HOS. Nonne igitur unum quidem simplicem, alterū ironicum imitatorum ponemus? THE. Consentaneū est. HOS. Huius iterum genus unum an duo dicimus? THE. Tu videris. HOS. Cogito equidem, ac duo cogitanti mihi se offerunt. Unus quidem publicē prolixā oratione apud populū ironia vicens: alter priuatum minutis quibusdam captiunculis cogens eum qui cū ipso disputat, si bimet in sermonibus contradicere. THE. Reclē admodū loqueris. HOS. Quomodo superiorē illū denominabimus? civilēmne, an popularē? THE. Popularē. HOS. Alterum vero Sophon, id est sapientem, an Sophisticum? THE. Sapientem quidē vocare illum non licet, quandoquidem ignorantem ipsum possumus: Quoniam vero sapientem imitatur, cognomentum quoddā illius simile sortitur. Ac demum intelligo, hunc ipsum prorsus, & reuerā Sophistam appellari decere. HOS. An non vt su prā, ita nunc nomen eius colligabimus à fine iterum al principium oīa complexi? THE. Omnino. HOS. Is demū Sophistam verū definiat, qui generationē eius, et stirpē esse istam assuerabit. Sophista inquam est, qui in sermonibus disputantē cogit contradicere sibi ipsi, qui & ironici pars est, ab imitatore opinioso veniens, phantastici itē generis, ab imaginaria facultate profluens, nō diuinæ, sed humanae effectionis determinata progenies, ex eorumq; numero qui verbis, quasi quibusdam p̄stigys, mirū in modum decipiunt auditores. THE. Ita prorsus dicendum.

MARSILII FICINI APOLOGVS
in librum Platonis, De regno, ad Federicum
Vrbini ducem semper inuictum.



V PITE R optimus maximus, cum optaret tale in terris quandoque regnum proficere, quale in celo semper apud se conficit, iādū per ipsam diuinis regis ideam, regū quendam diuinumq; animum de misti in terras. Conuocatisq; calicos imperant, vt oīs futuro huic regi suffragarentur, quem super quidem, & à fide regia Federegum, & ab orbis imperio Orbinate Duce iam nominarent, & homines vero mutatis literis Federicum Vrbinatem Ducem essent appellaturi. Assensore omnia Iouī p̄ter Iunonem numina. Sola enim Iuno craetoris aeris ambitiosa regina caeleste terris regnum haētenus inuidet. Verū Pallas Mercuriusq; fauentibus alijs, & teste Veritate, corona sceptrumq; regum iam pridem viro eidem, cui & Iupiter, libertissimū contulerunt. Cum vero academia p̄fum Palladē, Mercuriumq; colat atque selectur, ipsa quoque regnum orbisq; totius monarchiam, qualem diuinus Pla to describit, Federico Vrbinati duci. tam ex Iouī sententia, tum ex testimonio Veritatis optimè merito felicissimē tribuit.

PLATONIS CIVILIS,
VEL, DE REGNO.

M A R S I L I I F I C I N I
A R G U M E N T .



VM DEVS atque natura hominem agendo producent, eum certe producunt, vt agat, agat inquam gratia diuinorum. Quemadmodum uero aliis finis est cuius gratia natura efficit pollicem, alias cuius gratia manum sive pedem, aliasq; rursum ad quem totum efficit boīem: sic aliis finis est ad quem boīem dirigit singularem, alias quoque ad quem familiam, itemq; alias ad

quem ciuitatem atque regnum. Ac denique finis ille existimandus est: optimus, cuius gratia Deus totum genus humanum procreavit. Nemo vero existimet, cū propriū cuiusque cœtus certus sit finis, nullum esse totius: cumq; humanæ vita partibus insit ordo, in vnuerso. tam men vita genere esse confusione: denique cū partes ob finis vnuus intentionem inter se habeant vnuionem, totum ipsum esse diffusum. Quonamobrem necesse est certum esse humanæ generis finem, cumq; in actione quadam circa perfectiora consistere, per quam & superiora pro viribus imitetur, & diligenter inferiora gubernet: scientia quidem naturalia perscrutetur, prudentia vero disponat humanæ pietate autem diuina colat atque veneretur. Eiusmodi ergo finis vita exigit geminam, & in actione & in contemplatione similiter constituta, eo tamen paclō, vt actio contemplationis tanquam diuinioris gratia sit instituta. Ceterum absoluta vtriusque vita perfectio, tantusq; & tam varijs administris indiget, vt neque a paucis quibusdam, neque etiam a mulius hominibus, sed ab vnuerso simul hominum generis duntaxat possit expleri. Fieri vero non potest, vt tam diuersae gentes per media tam diuersa ad unum omnium cūminemq; finem perducantur, nisi ab uno per vnam quandam legem cunctos in unum pariter conducente. Quemadmodum neque fabri ministriq; genere simul atque ingenuo longe inter se discrepantes, materias admodum varias ad formam vnam edificiū conferentes, in unum vnam cōmode congregabunt & construunt opportune, nisi ab una quadam architectū vnuis lege regantur. Quapropter non invuria Plato cum regem quereret mundi monarcham, principio architectū produxit in medium, scientiamq; in tria tandem dislinxit genera. Quorum primum in cognoscendo, secundum in agendo, tertium in faciendo versatur. In primo arithmetram geometramq; in secundo architectū, in tertio fabrum ministrumq; collocauit, prolans architectū facultatem inter speculationem solam solumq; ministeriū mediam esse ponendam, magis tamen speculationis quam ministeriū esse participantem, neque indicare solum geometrarum more, nerū etiam facientibus imperare, opificioq; semper adesse. Qualem fermè multa regem esse debere, qui videlicet & contēplantum more uera diuidicet, & iura non aliena quidem, sed sua mandet agenda. Proinde Plato exacutissima vīsus dimissione, quæ definitioni scientiæq; admodum necessaria est, Regem Homerico more nominat generis humani pastorem atque curatorem. Quem totius hominum generis vnuus quasi ouibus vnuus esse pastorem debere designat, vbi Deum inquit quandam humani generis fuisse pastorem, sub quo et regnum illud Saturni aureum extitisse. Gubernatorem quoque regem humanæ vita quasi nauis indecat appellandum. Significat aut in vnum esse imperium omnium conferendum, vt humana gubernatio diuina quam finalima sit. si quidem et Deus unus mundi totius est rex. Quod quidem his quoque breuiter rationibus confirmatur. Principio si tres mundi partes, Asiam, Africam, Europam, regibus distributas tribus subegeris, facile admodum contingit vt vel vnu duobus, vel duo uni quandoque inferant bellum, aut saltē de finibus, aut alia quaquam de re disceptare cogantur. Itaque vel inter eos ad vnum trium erit litigium deferendum, vel ad quartum quendam p̄ter tres indicem constitutum. Quacunque tandem id ratione fiat, necesse erit iudicē, si modo sententiæ sit illius acquiescendum, imperium in eos inter quos iudicatur, habere. alioquin nullius momenti erit iudicium, frustraq; iudicabitur, quod videri possit regibus, vel magis, vel saltē eque potenteribus dissoluendum. Vnum igitur oportet esse regem omnium iudicem, omnibus proculdubio venerandum. Præterea virtutum exemplar subiectus oportet esse regem. Maxime vero talis erit, si unus fuerit ante omnes, in quem oculos cuncti coniungant. Qui si orbem tantum possederit, nec regnum ulterius affectabit, nec alijs inuidet. Qui duo scilicet cupiditas & inuidia, solem rapinas et bella possitimum procreare. Et cum sua cuique charissima sint, maxime diligit omnes tanquam suos, pariterq; omnes diligit nationes, pariterq; cū rabit. Optabit pacem summopere, cupiet tranquillitatē, honorumq; omnium copiam, qualis ritique monarchie umbra quādam apparuit imperante Octauiano. Subditū vero & iustissimē vident, cum iūris nullus vīquam patet fugiē aditus sub monarcha: & quāmis in minima peccandi licentia, tamen in summa libertate vivent, non tamen paucis poteribus, vel insensibiles populi subiecti furoribus, sed à sapiente & iusto pioq; rege sic ad cōmone bonum perduci, tanquam nauta à prudentia nūsi gubernatoris ad portum. Qua quidē in te & qui reguntur obtemperando regi sibi consulent, & rex ipse non tam sibi metit quam cunctis qui suæ curæ à Deo cōmisiti sunt, vivet. Reclē enim gubernatorem quemadmodum in libris De republica disputatus, gubernatorem quidem eorum, qui gubernantur gratia, non gubernatos gratia gubernatorū insituit. Comparat p̄terea regem medico, monens vt medicorum more & opportune, & si opus fuerit importune, & volentibus, & quandoque novolentibus m iū imponat

imponat leges, remedij afferat salutaria. Eiusmodi vero gubernatorem atque curatorem sepius ciuilem vocat virum, quam regem, significans adeo humanum ac si fieri posset mitem esse debere, & inter cives videatur esse concius, prudentia, iustitia, cura potius, quam alio quoque excessu superior. Quod si quis longissimo quodam intervallo prudentia & iustitia manefestè cunctos exuperet, hunc etiam si priuatus vixerit, esse regem omnium a Deo creatum absque controversia iudicat. Si autem inter aliquos, quantum ad haec spectat, parum admodum intersit, illis quodammodo redactis ad unum autoritatem regiam tribuandam: multis vero nequaquam. Qippe cum multi nequeant tanta autoritate digni alii cubi reperiuntur. Tradi vero autoritatem regiam, ut ex alijs eius libris conjectare licet, vult a senioribus atque probatis, quorum senatus, deinde sit collega regis quasi quedam respublica optimatum. Rex autem una cum senatu leges condat: quas non liceat, vel cuiusquam priuato transgredi, vel vulgo mutare: liceat tamen regi senatuq; simul pro temporum opportunitate quatenus expedit, diligenti cum aequitate & rebus ipsis accommodare atque temporibus, & sopropterius permutare. Regem ipsum in epistolis sacrum haberi censit, sacerdotemq; Aegyptiorum more constitui, sacramentum mysteriorum autem: & votum sacrum, nequando consuminetur, non permittit iudicis, ubi de cede, exilio, carcere agitur, interesse. Proinde in hoc ipso libre eiusmodi regiam dignitatem gubernationum omnium optimam esse probat, ut diximus: pessimum vero tyrannidem, quae neque lege, neque mente legitima imperat, sed impetu potius atque libidine. Secundo loco laudat optimates, pariterq; vituperat potentiam paucorum. Tertio loco multorum laudat gubernationem, scilicet popularem, si lege gubernent: similiterq; vituperat, si non lege. Post haec autem quid regium sit officium diffusat, videlicet ut quotunque hominum generi necessaria sint prouideat, præsternitq; ad bene beatos vivendum. Indicetq; prudenter quot artes & quales ad hoc ipsum conferant, siue in pace, siue in bello, seu in dicendo, seu agendo, vel publicè, vel priuatim, habeatq; una cum senatu summum in omnes imperium. Precepit vero animos omnium decentissima quadam fortitudinis temperantiaq; mixtione componat, musicos imitatus, qui acuta graibus rite miscentes, concentus suauissimos modulantur. Demonstrat enim, & id quidem diuinè, non esse tutum animos, vel fortitudinem versus, quasi in acutum subram modum intendere, vel temperantiam versus, quasi in gravis nimis remittere. Illinc enim efferratos, hinc effermannatos tandem eundere. Et illi quidem cives, & patriam velut hostes inuidunt: hi vero neque se, neque patriam tuentur ab hostibus. Quamobrem optimum censet ex concinna virtutis virtusque copula, ingentiorum consonantiam ubique conflari. Sed haecne de libri ordine satis sit dictum. Quia vero de sphararem motu, prouidentiaq; & fasto disputat, in Theologia nostra satis exposuitus. In his certè nos allegoricè docet, non habere nos verum legitimum regem, nisi, vel in ipso calo, vel in terris quem velut pastorem cali, rex nobis ipse præficerit, pastorem inquam non nomine solum, sed uite similitudine ipsum cali regem pro viribus referentem. Commemorat & duo regna, Iouis scilicet & Saturni, regnumq; Saturni regno Iouis, tanquam felicis anteponit. Siquidem sub Ioue actio vitaq; humana, sub Saturno autem contemplatio diuinorum significatur. Saturnus enim Greco nomine Cronos, ut Plato in Cratyle docet, puritatem integratatemq; mentis inuulnerabilem comprehendit. Quod autem ait, Saturno regnante beatos homines nuerit, ostendit diuina qualam viri mente regnante, que actiones gratia contemplationis instituant, humanum genus fore beatum. Ego autem finem mox argumento faciam, si breuem prius allegoriam mysterij huini adduxero. Ait enim presentem mundi circuitum ab oriente ad occidentem esse Iouium atque fatalem: verum fore quandoque alterum huic oppositum sub saturno ab occidente uicissim ad orientem. In quo sponte nascetur homines atque a semino procedent in iuuentutem, alimentaque illo ultra eterno sub vero ad vitam suppeditabuntur. Iouem vt arbitror animam mundi vocat, cuius lege fatali manifestus hic manifesti mundi ordo disponitur. Præterea vitam animalium in corporibus elementalibus, Iouiam esse vult sensibus actioni deditam. Saturnum vero supremum inter angelos intellectum, cuius radiis illustrentur ultra angelos anima accendanturq; & ad intellectuam vitam continuè pro viribus erigantur: que quoties ad ritum eiusmodi conuertuntur, catenùs sub regno Saturni dicuntur vice, quatenus intelligentia viuunt. Proinde in ea vita ideo sponde dicuntur regenerari, quia electione propria in melius reformantur. Rursus in dies reiuenescere, id est in dies, si modò ibi dies diuenerantur, magis magisque florescere. Hoc illud apostoli Pauli,

Homo interior renouatur in dies. Denique illis alimento sponte affatim sub perpetuo vere suppeditari, quia non per sensus operosamq; disciplinam, sed per lumen intimum, summaq; cum vita tranquillitate atq; uoluptate miris ueritatis ipsis spectaculis perfruuntur.

SOCRATES, THEODORVS, HOS PES, SOC RATES MINOR.



NGENTEM profectò tibi, o Theodore, gratiam debeo, quod Theatetum & hospitem hunc Eleatēnotos mihi feceris. THEOD. Triplam forte mihi debebis, o Socrates, postquam ciuilem tibi hominē & philosophum confecerint. SOC. Esto. Sed itāne illud, o charie Theodore, ex te audiisse dicemus homines & ratiocinio, & in geometricis potestissimo? THEOD. Quid isthuc, o Socrates? SOC. Quod videlicet horum virorum unumquemque eiusdem esse precij posuerimus, qui tamen honore longius inter se distar, quād ut explicari illa artis vestrae analogia posat. THEOD. Benè, o Socrates, atque iuste per Deum nostrum Ammonem loqueris, ac promptè admodum errorem in computando meum mihi nūc obiecisti, ac ego te pro his rursus accedo. Te vero, nunc Hospes, ne pigeat nobis gratificari, & seu ciuilem hoīem prius siue philosophum, electum describere. HOS. Sic agendum ut iubes Theodore, postquam semel aggressi sumus, neque prius, quam ad calcem peruenierimus, desistendum. Verum de Theateto hoc quid facere decet? THEOD. Qua de re? HOS. Nunquid requiescere illu iam sinemus? eiusq; loco Socratem: siū exercitationum, & studiorum socium accipiemus? Quid consilis? THEOD. Ut Socratem assumas. Nam cum iuvenes utriq; sint, oēm laborem facilius per intermissionem ferent. SOC. Atqui utriq; Hospes cognati quodammodo mihi esse videntur. Theatetum quidē vos figura vultus mihi consimile iudicatis. Socrati quoq; huic cum idem, & mihi nomen sit, cognitionem quandam nobis mutuam præbet. Decet autem ut qui cognati sumus, rem eam ab acriter oratione testemur. Cū Theateto quidem heri disputando conueni, & hodie hospiti huius respondentem audiui. Cū Socrate vero neutrū adhuc actum est. Oportet autem ex hunc examinare. Mibi sanè alias, tibi nunc respondeat. HOS. Sic agemus, o Socrates. Audi Socrates? SOC. MIN. Audio. HOS. Assentiris illi? SOC. Assentior. HOS. Quantum igitur ad te attinet, nihil prohibet quo minus edifferamus. Multoq; minus impedimenta disputationi huic esse me decet. Quinimo post ipsum Sophistam necessarium esse videtur, ut ciuilem virum iuuentus. Responde itaq; utrum hunc in eorum qui scientes dicuntur, numerum referre deceat. SOC. Decet. HOS. Ergo scientias partiri debemus, quemadmodum in Sophista querendo fecimus. SOC. Forte. HOS. Non tamen eadem partendi ratio. SOC. Non. HOS. Sed alia. SOC. Alia. HOS. Diuerticulum itaque ciuilis scientia ubinam reperiemus? inuenire quippe oportet, & ab alijs omnibus segregata, ideam ei ynam imprimere & certeras item deflexiones, alia quadam specie vna insignire: & scientias omnes duabus speciebus contentas esse nobis persuad

persuadere debemus. s.o.c. Tua iam interest Hostes ita agere: mea vero nequaquam. h.o.s. Imo etiam tua, quando declaratum est fuerit. s.o.c. Scite loqueris. h.o.s.

Mathematice ab actio- ne libera & co- gnitione so- la habetēs.

Scientiae spe- cies duas.

Idē, ciuilis rex, domi- nus, pater familiās, eundē esse volumus? An totidē artes in his quā & nō a ponimus? Imo hāc sequere me. s.o.c.

Quā? h.o.s. Hāc inquam. Si quis priuatus publico medi- co sufficenter consulere potest, nonne necesse est eiusdem ar- tis hunc nō e nūcupari, quo & ille cui cōsulit? s.o.c. Certē. h.o.s. Quid porrō? Si quis priuatus regē ciuitatis admonere & instruere potest, nonne scientiam illam habe- re dicitur, qua pollere qui regit, debebat? s.o.c. Dice- tur. h.o.s. Atqui viri regni scientia regia disciplina est.

s.o.c. Est. h.o.s. Quisquis ea p̄ditus est, seu publico fun- gatur munere, siue priuatus viuat, oīno secundum hāc peritā regius merito nūcupabitur. s.o.c. Meritō. h.o.s. Enim uero pater familiās, & dominus idē. s.o.c. Idem sane. h.o.s. Nūquid refert amplāne, an angusta sit v̄rbs ad imperiū? s.o.c. Nihil. h.o.s. Igitur v̄na, quod pau- lo antē inquirebamus, horum oīum scientia est: hanc seu regiā quis, siue ciuile, seu familiare nō et disciplinā, nihil interessit p̄temus. s.o.c. Nihil. h.o.s. Hoc utiq. nemini dubiū, quin oīs rex parū quid manib⁹ ac reliquis mem- bris ad regni salutē posſit, intelligentia vero, & animi robore plurimum. s.o.c. Constat. h.o.s. Vī ergo regem dicamus speculatrici scientia propinquiore, quam actiua, aut manū ministerio? s.o.c. Volo equidem. h.o.s. Ciui- lem ergo scientiā, & ciuilem hōiem, regiam atq. regiū, vt v̄nū idem q̄ singula componemus. s.o.c. Planē. h.o.s. Atqui ordine ad sequentia per gemina, maximē si specula- trice scientiam distinguemus. s.o.c. Prorsus. h.o.s. Attende obsecro, nū refugium aliquod in hac prospiciamus. s.o.c. Dicas, quale? h.o.s. Tale inquam. Extat aliqua computandi facultas. s.o.c. Extat. h.o.s. Ea, vt arbit- tor, ex illarū numero est, que in speculando versantur. s.o.c. Ex illarū numero certē. h.o.s. Cognoscet profectō computandi facultas differentiam numerorū. Nū aliud huic opus attribuimus, quam discernere iudicare, cogni- ta? s.o.c. Quid? h.o.s. Etenim architectus nullus manū ministerio vitetur, sed v̄tentus pr̄sidet. s.o.c. Ita est. h.o.s. Dum iudicium adhibet, nō ministerio. s.o.c. Id quoq. verū. h.o.s. Iure igitur speculadi scientiæ par- ticeps est dicendus. s.o.c. Et maximē quidē. h.o.s. Hoc, vt arbitrator, ad iudicem pertinet, non ad finem quod se attinet venire, & m̄x discere, quēadmodum cōputator ille, sed incumbere, operarijsq; singulis operam accōmo- dam mandare, quousq; quod est imperatum, absoluunt. s.o.c. Probe. h.o.s. Nonne speculatrices oīs h̄a sunt, & quotcung scientiam computandi sequuntur? iudicio autē & imperio genera hāc inter se duo differunt? s.o.c. Ap- parent. h.o.s. Quocirca si v̄niuersam contemplationem in duo distribuamus, partemq; v̄nam iudicio, imperio al-

teram assignemus, rectē forsitan distribuisse putabimus.

s.o.c. Rectē nimurum, vt mea fert opinio. h.o.s. Qui cō- muniter tractant aliquid, sat factum sibi inuicem arbi- trantur, si quando consenserint. s.o.c. Quidni? h.o.s.

Quousq; igitur in hoc concordes sumus, aliorū opiniones pr̄termittendae. s.o.c. Penitus. h.o.s. Dic age qua in arte harum, regium hominem ponere decet. Nunquid in iudicaria, tanquam spectatorem quendam? An in im- peratoria potius, quasi dominum? s.o.c. In hac ipsa po- tius. h.o.s. Videndum pr̄tereā siquā imperatoria distin- ctionem admittit. M̄hiq; ita videtur. Quo differt cau- po ab illo qui proprium opus vendit, eo rex a p̄cone. s.o.c. Quo pacto? h.o.s. Caupones aliorum opera prius Vendita suscipientes ipsi rursus vendunt. s.o.c. Verū. h.o.s.

Haud secus p̄co sententiam alterius mandatam sibi, alijs ipse mandat. s.o.c. Sic est. h.o.s. An miscebitus facul- tam regiam imperatoria, praceptoria, yaticinio atque p̄conio alijsq; permultis eiusdem generis artibus, que omnes imperit? An vī potius secundum superiorē com- parationem nomē quoq; per comparationem aliquam ma- chinemur, quandoquidem genus eorum qui sua ipsi preci- piunt, fermē nomine caret: atq; ita hāc partiamur, vt regium genus in eorum numero qui sua mandant, ponam- mus, om̄sis alijs omnibus, quibus alijs quinvis nomē vt lubet, imponat? Principis quippe gratia non subditi ser- mo nobis est institutus. s.o.c. Nempe. h.o.s. Postquam igitur satis hoc ab illis est distinctum, & ab alieno ad propriū redactū, rursus est dividendū, siquā modō par- titionem q̄ nos admittat, in ipso cōperimus. s.o.c. Valde. h.o.s. Atqui inueniri posse videtur. Me igitur sequere diuidendo. s.o.c. Quo sequar? h.o.s. Quicunq; pr̄sidet imperando, idcirco vt aliquid fiat, imperant. s.o.c. Proculdubio. h.o.s. Etenim genitā oīa bifariam partiri, haud multū difficile. s.o.c. Quaratione? h.o.s. Partim aīata sunt, partim inanimata. s.o.c. Constat. h.o.s.

Si in mēbra hāc secare speculatricis facultatis partē impe- ratoria volumus, secemus. s.o.c. In qua? h.o.s. Pars eius in generatione ināitorum ponatur, pars in genera- tione aīatorum. Atq; ita totum in duosecabitur. s.o.c. Reuera. h.o.s. Partē v̄nam mittamus, alteram resumē- tes, eamq; v̄niuersam in duo iterum diuidamus. s.o.c. V̄trā illarū resumendam censes? h.o.s. Eam que circa aī alia imperat. Neg. n. regia maiestas non aīatis instar architecturæ pr̄sidet, sed generosius animatibus, eiusq; potestas circa ista versatur. s.o.c. Optimē. h.o.s. Circa generationem nutritionemq; aī alium cura duplex inue- nitur. Animalis cuiusdam vnius hāc. Gregis totius il- la. s.o.c. Reflē. h.o.s. Ciuilis autem non priuatum vni- cīq; curam gerit, quemadmodū qui bouem agitat, vel mi- nister, qui sternit equū, sed illius vicē gerit, qui equos, aut boves pascit. s.o.c. Verū esse videtur, quod nūc est dictū. h.o.s. V̄rum ex aī alium nutritione illam, que gregatim ea nutrit, gregis nutritionem, an cōēm nutri- tionē vocamus? s.o.c. V̄trūq; v̄surpari loquendo contin- git. h.o.s. Egregiē Socrates, refoldisti: ac si verborū curio- sitatē vitabis, euades in senectute admodū sapiētor. Itaq; curiositas in pr̄sentia, vt iubes, agendum. Sed nūquid vides quo pacto quis gregis nutritionē geminā ostendens, efficiat vt quod in v̄raq; ad id quod nūc propositum est, inuestigabitur, in altera deinde perquiratur? s.o.c. Annitar

m iij equidem,

Emitāda est
curiositas
verborum.

equidem, & iam mihi videtur, vnam communem hominum, alteram brutorum esse custodiam. H o s. Prompte oīno ac fortiter discrevisti. Cauendum pro viribus tame, ne posthac nobis id accidat. s o c. Quid cāuēndū mones? H o s. Ne vnam exiguum particulam aduersas amplas plurimasq; secernamus, neg illam absq; specie capiamus, sed pars illa simul speciem habeat. Pulcherrimum namq; est, quod queritur ab alijs statim discernere, si modo reētē id fiat, quemadmodum ipse paulo ante de diuidendo indicans, diuidere properasti, sermonem videntis altero membro ad homines declinantem. Ceterum haud satis amicet tutum est ad extremum nimisq; tenuiter oīa prose qui. Praefat aut per media progreedi partiendo. sic n. facilius meliusq; ideas inuenimus. Hoc autem ad illa, quae perquiruntur, totū refert. s o c. Quaratione id aīs Hōs-
pes? H o s. Conandū ob ingenij tui benevolentiam, vt clari-
rus explicetur. In præsentia quidem hoc quod propositum
est, declarare ita, vt nihil dest, impossibile est. sed re-
petendum altius paulo perspicuitatis gratia fuerit. s o c.
Quid igitur in hac nostra partitione culpas? H o s. Tale
quiddam: si quis humanum genus in duo secare contem-
dens, perinde partiatur, ac multi nostrum partiuntur.
hi sane Græcorum genus tanquam vnum à ceteris oībus
separant. Cunctos. n. altos hoīes innumerabiles, & nul-
la inter se vitæ sermonisq; communione deuinctos, barbari-
co nomine signant, & ob hanc vnam appellationem ge-
nus quoq; vnum vniuersum hoc arbitrantur. Simile effet
præterea, si quis numerum in duo diuidere volens, decem
millia seorsum ab alijs caperet, vt speciem vnam: reli-
quos insuper vno quodam imposito illis nomine, vt vnum
genus poneret. Rectius aut & per species magis ac per
duo membra diuisio fieret, si quis numerum quidem per
par, & impar, hominumque genus per matrē fæminamq;
diuiderer: Lydos aut & Phrygias, aut alios quosdam,
tunc à cunctis alijs segregaret, cum & spes, & facultas
sibi deesset generis inueniendi simul ac partis, vtrunque
eorū, quae sint disiecta. s o c. Scite loqueris Hōs-
pes. At illud quaratione planius intelligi posset, ostende, nō id,
sed aliud esse partem atq; genus. H o s. O virorū optimè
Socrates, haud leue quid postulas. Longius modo, quam
debet ab instituto digredi sumus. Tu vro vltorius etiam
peruagari iubes. Nunc porro, vt decens est, illuc vnde
descendit, reflectatur oratio. Ad hæc alias otium nacti,
quasi per quadam vestigia diuertemus. Veruntamen di-
ligenter hoc cauebis, o Socrates, ne putes certum quidda
de hoc ex me audiuisse. s o c. Quo de? H o s. Inter se par-
tem speciemq; differre. s o c. Curnam? H o s. Quicquid
est alicuius species, eiusdem pars quoq; sit necesse est, cuius
species esse dicitur. Partem vero esse speciem, vel speciei
partem, non est necessarium. hoc modo me potius, quam
illo dicere semper, o Socrates, affere. s o c. Fiet vt in-
bes. H o s. Post hæc autem mihi dicas. s o c. Quid? H o s.
Hoc inquam, vnde huc digredi sumus. Reor equidem ea
ob causam hucusq; nos aberrasse, quod tu interrogatus,
quæ in membra gregis nutritio diuidetur, admodum
prompte respondisti, duo quadam esse animantium gene-
ra, alterum quidem hominum, alterum vero brutorum
simil omnium vnum. s o c. Rerum est. H o s. Tunc
sanè mihi visus es parte quadam ablata, residuum omne
genus vnum animalium ob id putauisse ponendum, quod

Quæ diffe-
rentia inter
partem &
speciem.

vno quodam cōmuni nomine appellare poteras omnia, dū
bruta vocabas. s o c. Sic est actum. H o s. Hoc, o for-
tiſime Socrates, perinde videtur esse, ac si quod aliud ani-
mal, vt grus, aut aliud tale, prudentia particeps, eo-
dem quo tu pæcto grues rationales vocet, sibi ex eo placeat,
atq; hoc quidem genus vnum ponat, cetera vero cuncta
simil cum hoībus complectens, genus alterum bruta vo-
cat. Conemur itaq; nos ab omnibus huiuscemodi erroribus
declinare. s o c. Qua via? H o s. Non animaliū genus
vniuersum diuidentes, quo minus in his delinquamus.
s o c. Neg. n. oportet. H o s. Atqui ita suprad deliqui-
mus. s o c. Qui? H o s. Partem illam contemplatrix
scientia, quæ ad imperandum spectat, eius generis effec-
tit, quod animalia curat, animalia videlicet grega-
bilis. Nōnne? s o c. Ita certe. H o s. Quare tūc quoq;
omne aī alium genus inferum, & mansuerū est distinc-
tum. Quæ. n. sic natura instituta sunt, vt mansuere
possint, domestica appellata sunt, cetera vero sylvestria.
s o c. Egregie. H o s. Scientia vero illa quæ q̄rimus, in
domesticis est, & erat, & circa genus aī alium sociabile
querenda videtur. s o c. Sanè. H o s. Ergo ne ad cun-
cta simul respiciendo, vt tunc, diuidamus, neg, in par-
tiendo nimis properemus, vt repente ciuilē scientiam com-
prehendamus. Nam nimia festinatio fecit, vt illud quod
prouerbio fertur, nunc nobis cogingere. s o c. Quidnā?
H o s. Vt cū nimis in diuisione properauerimus, tardius
absoluamus. s o c. Et merito quidē Hōs-
pes id egit. H o s. De his quidē ita. Rursus aut ab initio cōm nutritionem
aī alium diuidamus. forte nāq; quod tu vehementer affe-
tas, sermo ipse gradatim ad fine suum deductus, clariss.
demonstrabit. Refode ad hoc. s o c. Ad quid respondeā?
H o s. Hoc forsitan multis audisti, neg. n. arbitror in-
tersuisse te his, qui circa Nilū pisces ipsos mansuefactū, Circa Nilū
aut circa regios lacus. Sed quod circa fontes sit, fortassis pīsers
ipse vidisti. s o c. Et hæc ipse vidi, & illa ex multis au-
diui. H o s. Quinetiā quod quidē greges anserū, & gruū
pascant, et si nunquā in agris Thessaliciis es versatus, au-
ditur tamen, & credis. s o c. Proculdubio. H o s. Hæc
abs te ideo sciscitatus sum, quia aī alium illa q̄ gregatum
fit custodia, partim aquaticorum, partim terrenorū esse
videtur. s o c. Est profecto. H o s. Consentit gregis cu-
stodiā sic esse bifariam distinguendā, vt partim humida,
partim secca aī alia nutritat. s o c. Consentio equidem.
H o s. Vtram vero istarū regia respiciat diligentia, nul-
lus queret. nā nemini dubium. s o c. Nemini. H o s.
Vnusquisq; n. præcipue aridorum nutritionē distinguit.
s o c. Quæ in membra? H o s. In voluntū gradientiū que
custodiā. s o c. Sic veritas habet. H o s. Quod ciuilis
facultas circa illa, q̄ gradiuntur, dūtaxat veretur, vel
stolidissimus quisq;, vt ita dixerim, aī aduerteret. s o c.
Absq; cōtrouersia. H o s. Greſibilis præterea generis ali-
moniam, paris in ſtar numeri in duo quadam partiri de-
bemus. s o c. Patet. H o s. Illuc porro quo sermo noster
tendit, gemini calles ducere nos posse videtur. Alter qui
dem breui quodā tramite, dum angustam particula ab
ampla fecerit. Alter vero longiori ambitu, dū prece-
ptum illud seruat antea dictū, vt per media diuisio fiat,
licet vtrū volumus, ingredi. s o c. An per vtrū profici
sci non licet? H o s. Nō simul, o mirificè adolescēs. sed fer-
orsim licet. s o c. Vtrū ergo seorsim cupiā H o s. Facile
id qui

id quidem, cum exiguum sit quod restat. Sane in principio medio itinere durum hoc nobis preceptum fuisset. Nunc autem postquam ita videtur, longiorum prius viam ingrediamur. Nam cum non ita pridem aggressi rem simus, iter longum leuis peragamus. Distinctionem itaque hanc vide. s.o.c. Dic modo. h.o.s. Qua gradientium, mansuetorumq; & gregatilium genus in partes duas secundum naturam diuīsum est. s.o.c. Quas? h.o.s. Cornibus munitum, & cornibus carens. s.o.c. Apparet. h.o.s. Curam gradientium diuidens, virtusq; partis conditionem sermone describe. Nam si nominare ipsas volueris, rem nimis circumPLICABIS. s.o.c. Quemadmodum ergo dicendum censes? H.o.s. Ita. Cum graditium cura bifariam distinet a sit, hoc in cornifera gregis parte est, illud in mutilata. s.o.c. Sic ista sint dicta, nam satis ostensa sunt. h.o.s. Constat itaque regem, gregis cuiusdam cornibus carentis pastore esse. s.o.c. Constat sane. h.o.s. Hanc itaque discerpentes, quod ab ipso agitur, exhibere conmemor. s.o.c. Omnino. h.o.s. Vtrum placet ipsam solidi pedū differentia fissiliumq; diuidere? an potius generazione propria hac, illa communi? Intelligis enim. s.o.c. Quid? h.o.s. Quod equorum, & asinorum genus inter se promiscue generat. s.o.c. Nempe. h.o.s. Reliqua vero domestica, & socialis generis aī alia, sine aliena commixtione, propria tantum ex specie procreant. s.o.c. Persticuum cuig. h.o.s. Civilis itaque disciplina nunquid promiscua generationis animalia, an simplicis curat? s.o.c. Immixta ac simplicis proculdubio. h.o.s. Hanc utique animantium naturam quemadmodum in superioribus hucusq; seruauimus, gemina per membra secare debemus. s.o.c. Decet. H.o.s. Enimvero totum hoc animalis genus domestici gregalisq; quod cicur vocant, generibus duobus exceptus, tam discreuimus. Genus porro canū inter gregabilia pecora numerare non decet. s.o.c. Non certe. sed quo pacto haec duo diuidemus? H.o.s. Hoc inquit, quo te a theatetu distribuere decet, quādoquidē in geometria versati estis: Diametro scilicet, & diametri rursus diametro. s.o.c. Qui isthuc aī? H.o.s. Numquid aliter generis humani coditio ad progressum natura instituta est, quam diametrus potentia bipes? s.o.c. Haud aliter. h.o.s. Reliqui sane conditio generis rursus secundum potentiam nostrae potentiae est diametrus, quippe cū his duobus sit pedibus constituta. s.o.c. Nihil obstat quo minus sit homī. Ac peně iam quod ostendere vis, intelligo. h.o.s. Cernimus quid insuper risu dignum, o Socrates, nobis in superiori diuīsione contigerit? s.o.c. Quidnam? H.o.s. Genus hominum cōmixtum, vnaq; cum genere generosissimo oīum atque facilimo currēs. s.o.c. Cerno, & quide clare, quam sit absurdū. h.o.s. An non conueniens est, q; tardissima sunt, nouissima peruenire? s.o.c. Consentaneum. h.o.s. Istud autem nequaquam aduertimus, quod magis ridiculus sex appareat, vna cū grege homīum discurrens, cursuq; cum illo per agēs, optime oīum ad vitā facilitatē exercitatio? s.o.c. Oīo quidem. H.o.s. Num illud liquido patet, o Socrates, quod in sophistā inquisitione est dīctū. s.o.c. Quid istud? H.o.s. Quod in homīo disputandi rōne methodica nō magis venustū, quam inueniūtū curat, nec pluris breuiore, quam longiore viam facit, solum autem quod est verissimum transfigit. s.o.c. Videtur. H.o.s. Post hoc ne me puenias, de via ad regis definitionē cōstituendam

bressiori percontans, vltro ingredior. s.o.c. Oīo. h.o.s. Dico igitur oportuisse supra, gressibile animal in bipes, & quadrupes distribuere: cumq; homo tunc solo cum voluntili supereſſet, rursus genus ipsum bipes in nudum impletumq; & pennigerum diuidere: hac distinctione peracta, arteq; homīum nutrice, & conservatrice monstrata, ciuilem iam & regium virum ipsi instar aurigā p̄ficeret, eisq; ciuitatis habendas gubernaculaq; tribuere, quasi scientia hæc illius sit propria. s.o.c. Optimè tu quidem, & tāquam debitum mibi hanc orationem persolueſti, digressione ipsa scēnoris loco adiecta, ac penitus adēpleta. h.o.s. Age itaque à principio ad finē sermonē de ciuilis artis noīe colligamus. s.o.c. Prorsus. h.o.s. Scientia illius quæ in cōtemplādo versatur, pars vna imperādi peritia est, huic subiecta est facultas illa, quæ per se suāq; spontē imperat: huic membrum hand sane exiguum aī alium nutritio: huic item, gregis alimonia, huic animaliū, deniq; gradientium alimonia: huic rursus species illa, q; animalia cornibus carentia pascit. Eius partem, vt minimum tricūlē complecti necesse est, si quis vno nomine comprehendere velit, immixti generis pascendi scientiam vocationis. Cuius portio ex bipedum grege homīes duntaxat p̄scens, illa ipsa quam querimus, imperatoria facultas est, quam regiam, & ciuilem pariter noīamus. s.o.c. Prorsus. h.o.s. Probè igitur putas, o Socrates, à nobis, quemadmodum iam dixisti, actum est? s.o.c. Qua de re? h.o.s. Quod proposuimus, sufficienterne absolutum sit? An in quaſtione hoc maxime prætermisſum quod descripsimus quodāmodo, nondum tamen penitus definiuimus? s.o.c. Quamobrem istud aī? h.o.s. Conabor quod sentio, planius explicare. s.o.c. Dic iam. H.o.s. Cū multas pastorū facultates esse constiterit, vna qdā illarum vienītū custodia gregis, ciuilis ipsa disciplina visa est. s.o.c. Profecto. h.o.s. Hanc neq; equorum, neq; aliorum etiam brutorum, sed homīum tantum in cōmune esse nutritionem ostendimus. s.o.c. Id quoq; h.o.s. Pastorū itaque oīum, & regum differētiam propriam videamus. s.o.c. Quam? h.o.s. Si quis forte alterius artis nomen habens, gregis humani in cōmune nutritionem sibi vendicit, quid dicendum? s.o.c. Quaratione inquis? h.o.s. Si mercatores inquit, agricultores, & coqui, gymnastici insuper ac medici, aduersus pastores quos politicos appellauimus, surgerent, affererentq; se esse pastores illos hominū: quippe qui victum non plebi solū, verum etiam regibus magistratibusq; suppeditent. s.o.c. An non vera dicent? h.o.s. Forte. & hoc utiq; consideremus. scimus enim quid cū bubulco de his nemo certat: ipse. n. sine controversia armenti pastor est, qui boues curat, ipse medicus, ipse pronubus, partus obstetrix & nutrix. Præterea nemo melius iocis, & musica armentum, quantū natura horum capax est, oblectat, trahit & mulcit, siue organis, siue ore solo gregis sui musicā tractans. Eademq; est de ceteris pastoribus ratio. Nonne? s.o.c. Maxime. h.o.s. Quo pacto igitur sermo ille de rege reclusus integerq; videtur, quando pastorem illum, & nutritorem humani gregis ponimus, solum ipsum ab alijs secerentes, cum alijs mulis de hoc ipso contendant? s.o.c. Nullo modo. h.o.s. An nō merito paulo ante dubitauimus, quando sufficiati sumus, ne figurā quandam regis duntaxat induceremus, nondum tamen ciuilem ipsum perfectè defini

definiremus, nisi prius illos, qui cum eo se se implicant, & pastores esse non minus, quam ille profitentur, comprehendamus: & ab illis regem secernentes, purum illum seorsim ostendamus. s o c. Reclamè nimur. H o s. Hoc igitur nobis, o Socrates, agendum est, nisi velimus in fine sermonis infiamam reportare. s o c. Atqui istud nequaquam expedit. h o s. Rursus ab alio principio, alia quadam via incedendum. s o c. Qua? h o s. Iocū quendam intersevere his oportet, magna parte prolixæ fabulae vti, & quod restat, ut supra fecimus, exequi, partē semper partis subdiuidendo, atq; ita ad summum quod est quæstū, deducere. s o c. Oportet sane. h o s. Sed iam fabellam, quod pueri solēt, accipe arctis auribus, neg. n. à puerilibus annis procul abis. s o c. Dic, amabo. h o s. Erat olim, & adhuc erit multa veteristarum rerū memoria, & inter cetera memorabile prodigium, quod circa Atrei Thyestusq; litem refertur. Audisti namq; ac memini nisi quod tunc accidisse tradunt. s o c. Nunquid aureæ agnæ ostentum dicas? h o s. Nequaquam, sed de ortu solis occasuq;, & aliarum stellarum mutatione. Vnde. n. nunc exoriuntur, tunc occidebant, & contrà exoriebantur. Tunc vero Deus testimonium præbens Atreo, in hac cœlum figuram mutauit. s o c. Fertur & hoc. h o s. Quinertia e multis de Saturni regno audiuiimus. s o c. Ex multis certe. h o s. Quid vero? nonne & priscos illos è terra procreari, haud vero ex se inuicere? s o c. Hoc quoq; in antiquis rebus cōmemoratur. h o s. Cuncta hæc ab eodem malo profiscuntur, & alia præter hæc permulta hæc longè mirabiliora: verum magnitudine temporis partim deferunt, partim absq; ordine sparsim feruntur: malum vero illud quod horum oīum causa est, nemo utique dixit. Nunc aut dicendum est, nam ad regem ostendendum conferet. s o c. Praclare loqueris. Referas ergo, neg, aliquid p̄termittas. h o s. Audi iam. Vniuersum hoc alias Deus ipse regit, agitat atq; rotat: alias vero dimittit, cum mundi circuitus cōpetentia sibi curricula temporis compleuerunt. Mundus vero ulro ac libero tu motu contraria reflectitur. Nam & vinit, & sapientia ab eo, qui ab initio construxit illū, est sortitus. Circuitus aut necessario ipsi hanc ob causam innatus est. s o c. Quam ob cām inquis? h o s. Idem esse semper, & secundum eadē, & eadē se modo habere, solis oīum diuinissimis conuenit: corporis aut natura huius ordinis non est compos. Cæterum id omne quod cœlum mundumq; vocamus, multa quidē, & felicia munera à genitore suscepit, corporis tamen particeps, expers omnino mutationis cuiuslibet esse non pot: attamen quoad potest, in eodem, & secundum eadē, & uno motu mouetur: quapropter circuitum est adeptum, in quo minima agitationis sua fit permutatio. Seipsum autem conuertere semper, ferme nihil potest, præter id quod cursum agitatis omnibus præstat. Mouere autem id alias aliter, rursusq; contrario modo, nefas est. Ex his omnibus dicendum est, mundum neque seipsum conuertere semper, neque totum semper gemino contrarioque circuitu ab ipso Deo reflecti, neque rursus duos deos contrarijs sententijs ipsum vertere. Solūm vero quod nuper diximus, restat, alias ab alia quadā diuina vi duci, vitamq; rursus extrinscens venientem, & immortalitatē ab opifice suo præparatam suscipere: alias autem quando dimissus recurrat, per seipsum currere: quo tempore poter-

state facta, retrogradum multa revolutionū millia peragere, quia & maximus est, & vndiq; penitus aquilibrus, & minimo quodam cardine revolutus. s o c. Verisimilia valde ista videntur. h o s. Ex his quæ dicta sunt, malum iam illud conscientes consideremus, quod omnium esse diximus mirabilium causam. Est autem huiusmodi quoddam. s o c. Quale? h o s. Quod totius mūdi machinatū ita ut nunc, tum contraria revoluitur. s o c. Quo pacto? h o s. Mutationem hanc existimare oportet oīum cœlestium alternationum maximam extremamq; esse. s o c. Videtur. h o s. Quamobrem consentaneū est tunc maximas circa nos intra mundum habitantes, mutations fieri. s o c. Verisimile id quoq;. h o s. Neg, vero nos latet, quam agrē, & difficile toleret animantū natura magnas, multas, & omnigenas mutations. s o c. Constat. h o s. Ergo animalia multa tunc intereunt, hoīesq; supersunt per pauci, hi vero multis nouisq;, & mirabilibus passionibus tunc afficiuntur. Id autem contingit oīum maximum, sequiturq; continuo revolutionem illam, qua cœlum contraria quād nunc, reflectitur. s o c. Quidnam? h o s. Principio in quacūq; etate quodvis animal est constitutum, in eadē progredi cessat, neg, fit senectus mortalium quicquam, sed in figuram transit contrarium, iuniorē & molliore habitum induit, seniorumq; cani capilli nigrescent: & quibus genē barbae prius erant, iam barba deposita in priorem speciem restituantur. Pubescitum quoq; corpora pilis positis mollescent, sensimq; singulis diebus, & noctibus decrescentia in pueri naturam redeunt, atq; in his tam anima, quam corpora habitum subeunt puerorum, demum tabescientia deficiunt, & intereunt. Cadavera præterea illorum, qui cœlestis mutatione vertiginis subito corruerunt, idem patiuntur, & simili rōne clam ac brevi putrēscunt. s o c. Quæ tunc erat hospes animalium generatio? quoniam modo ex se inuicem generabantur? h o s. Constat, o Socrates, quod illis temporibus nihil genus hoc ex se propagabat. Quod autem dicitur, quandoq; genus ortum ex terra fuisse, hoc ea tempestate fuit ex terra rursus cōuersum. Tradiderunt hæc nobis primi illi progenitores nostri, qui statim post primam revolutionem orti sunt. hi sane horū testes sermonum p̄conesq; fuerunt, quibus minime vulgo, nunc habetur fides, cum tamen admodū conueniat habere. Quod vero hinc sequitur, aī aduertendum arbitror. Hic. n. quod dicitur, senes in naturam regrediri puerū, hoc consonū est, quod ex mortuis, sed terra conditis, illi iterū tum restituti, reuiviscentesq; quidam sequuntur rotationē illam cœli, siue seculi, generatione in contrarium revoluta, ac terrigenas hac ratione necessario editos, sic nomine & sermone vocari, quotcung; Deus ipsorum in aliam sortē non transtulit exornavitq;. s o c. Hoc profectè & superioribus sequitur. Verum vita, quam sub Saturni regno esse dicas, utrum sub illis cœli conuersionibus, an sub his exitit? Mutationem quippe solis reliquarumq; stellarum in utrisque evolutionibus continere certum est. h o s. Optime sermonem affectus es. Quod autem quarebas sponte omnia hominibus nasci, praesenti conuersione minimè competit, sed superiori potius competebat. Tunc sane totius circuitus princeps curatōrque primū Deus extitit, ut nunc per varias mundi plagas singulæ ipsius partes, à dys principibus distributæ sunt.

Anima

Fabula de
terrigenis
hominibus.Cur circuitus
calo.
Conditiō di
minorum.Corporis
particeps
non est mu
tationis ex
pers.

Animalium quoq; genera gregatim distincta, dæmones quidam tanquam diuini pastores sortiti sunt, quorū quisque ad munus suum obeyendum sufficiens cūm esset, singuli singulis, sic ut ille voluit, præfiebantur, quibus præterit ipse. Quamobrem nihil erat agreste, omnū q; rāpacitas, & vorago procul aberat, aberat bellum penitus atq; seditio: cetera insuper, quæ conditionem illorum temporum sequebantur, innumerabilia sunt. Quod verò de uictus facilitate, & libertate vita fertur, ob id est dictum, quod Deus eos pascet, ipse illorum pastor & custos: quemadmodum hoīes nunc, quorum natura diuinior, brutorum pastores sunt. Deo itaq; custodiente ciuitatum constitutiones nullæ erant, neq; marium fæmina mundi adrumq; ad filios procreando coniugia. Omnes n. ex terra reuiuscabant, rerum præteritarum immemores. Aberat aut̄ eiusmodi omnia. Fructus verò illis, & poma, & fruges, abunde arbores, & fertile solū sponte sua ab agricultura opera suggerebant. Nudi quineti, & expediti, & errabundi, ut plurimum pascabantur. Nam temperies illis innoxia, mollia quoq; paſsim parata cubilia, quamplurimis ex terra herbis repullulantibus. Vitam, o Socrates, hoīum sub Saturno viventium audis: hanc verò, quam iouis esse tradunt, præsens ipse sentis: utra verò sit felicior, iudicarēne vis, ac potes? soc. Minime oīum. H oī. Visne igitur ego quodammodo tibi dyadicem? soc. Et maximè quidem. H oī. Si Saturni quondam alumni in tanto oīo, & libertate vita potentiaq; non solū inter se, sed et cū bestijs colloquendi, hisce oībus ad philosophiam vtebantur, inter se, & cū bestijs viventes, scisitantesq; ab omni natura, que cūq; propriam sentiendi vim aliquam differentem ab alijs habet, ad prudentiam acquirendam, facile iudicari pot illos longo quodam intervallo, nos ad beatē vivendū exuperasse. Sin autē epulis affatim, & poculis saturati inter se, & cū bestijs tales fabulas conferebant, quales de illis nunc referuntur, hoc quoq; ita, ut mea fert opinio, facile admodum iudicaretur. Sed hac omittamus, donec aliquis horū idoneus appareat nuncius, qui nobis referat, utrum hoīes illi scientijs, & confabulationibus operam dederint: cuius aut̄ gratia fabulam hanc ingreſi sumus, id iam dicendum, ut sequentia cū antecedentibus coniungamus. Cum oīum illorum tempus esset expletū, mutationemq; circuitus fore iam oportet, terreno genere oī consumpto: quippe cum quælibet anima generationes oīs impletet, quotq; mandata erant cuiq;, totidē unaquaq; in terram semina proieceret: tunc vniuersi gubernator Deus, quasi gubernaculū dimissi habens in suūpsius redij speculum. Mundum verò deinceps fatum reuoluit iterum, & cupiditas innata. Omnes quineti dī summum dæmonis collegi singulis præpositi regionibus, quod contigerat aduertentes, mudi partes deslituerunt. Mundus deinde contraria principijs finisq; sese agitatione reflectens, terræ motu ingenti interiora cocutiens, aī alia rursus cuiusq; generis, ut plurimum perdidit. At verò certis temporū exactis curriculis, concusio perturbatioq; cessauit, & mundus à turbulentō fragore desistēs, solita suūpsius progressionē cucurrit, & in ordine debito constitutus autoritate administrationemq;, & suūpsius, & eorū, q; in se sunt, suscepit, autoris patrisq; sui gubernationē pro viribus memor imitatus. Principio igitur perfectius execu-

tus est, sed ab ea demum imitatione lōgijs degenerauit. Cuius quidē defectus causa est natura corporeā prīscā naturae fomes. Nam quondam valde deformē erat, & ordinis expers, antequā præsenti ornatu decoraretur. Ab eo sancte, qui ipsum construxit, bona oīa possidet: à priori autem deformitate incomoda, & iniusta omnia, que intrā calum nascuntur, & mundus ipse sustinet, & viuentibus inserit. Dum igitur aī alia sua, vna cū gubernatore nutrit, mala quidem parua, bona verò ingenia parit: cūm aut̄ se uingitur, in proximo discessu tempore per pulchritudinem oīa dicit: verū procedente tempore obliuione iam occupatur: quapropter prioris deformitatis uitium vehementius dominatur. Demum longo exacto tempore deflōrexit, ac bona exigua procreans, malorū verò naturam his plurimam miscens, periculū subit, ne & ipse, & q; in se sunt oīa, dissoluantur. Quamobrem Deus ille quondam huius ordinis autor, cernens mundum tāto in discrimine positū, miseretur, ac ne tumultu adeo turbulentō fluctuet dissoluatur, & in locū dissimilitudinis infinitū mergatur, iterū adstat, & præsidet, resumptis protinus gubernaculis, agrotantia oīa dissolutaq; antiqua sui agitatione conuertit, ornat & corrigit, mortuq; seruat illū, & senectutis ignarum. Hic ergo cunctū dicitur est finis. Sufficit aut̄ hoc ad regis ipsius ostēnum. Post Saturationem, si modo suprà dicta teneantur. Conuerso n. iterum mundo ad præsentis genitū & progressum, atas rurū ultra progrederit, & noua his contraria, que erant tunc, reddidit. Animalia porrò morti ob ipsam temnitatem proxima aucta sunt: q; verò nuper ex terra causa surrexerant, iterum in terram morientia reciderunt. Cetera item oīa transmutata sunt, mundi totius sequentia passionem. Generationis quippe, & conceptionis, & alimēti imitationē vniuersum ipsum necessario sequebarur. Neg. n. dabatur amplius in terra, per causas mutuō opitantes, aī al fieri. Nam quemadmodum institutum fuit, ut mundus motionis suā dominus esset, ita simili quodam ductu factum, ut partes mundi per seipsas, quoad fieri potest, generent, & nascantur, & nutriant. Iam verò ad id peruenimus, ad quod oīs nostra respexit oratio. De reliquis n. animantibus multa & magna referri possent, ex quibus quoq; & quas ob causas transmutata fuerunt. Quæ verò circa hoīes contigerunt, breuiora sunt, & magis ad rem attinent. Cum hoīes pastoris præsidisq; ipsorum dæmonis essent prouidentia desituti, & aī alia multa, quæ suapte natura immania fuerant, efferaūt iterum essent, inermes ipsi imbecillesq;, & custodia derelicti, ab illis paſsim dilaniabantur. Accedebat inertia, & imperitia superiorū temporū. Laborum n. curarumq; nesciū vixerant. Tellus haud ultra viētū spontē suppeditabat, parandi verò industria nondū inuenta, quia nulla necessitas illos ante coegerat. His de causis in summum discrimen atq; penuriam illorū reditare res sunt. Quapropter munera illa, qua oīi à dīs tributa hominibus memorantur, necessaria quadam disciplina eruditioq; tributa fuerunt. A Prometheo quidē ignis: artes aut̄ a Vulcano illiusq; cōsorte: semina quoq; & terræ cultus ab alijs: omnia summatim vitæ hominum adminicula, tunc deorum opera sunt comparata, cūm hoīes deorum prouidentia deserueret, oportaretq; ipsos iam propagationis, & alimoniae suæ curam habere, mūdi to

Necessitas
fecit indu-
stria parā
di viētū.
A Prome-
theo ignis
datus, a
Vulcano
artes.

di totius instar, quem imitantes omne per tempus sequentes, aliter aliterque nascimur atque degimus. Sed fabula iam finē habeat. Ea verò conductet nobis ad dignoscendum, quantum suprà in regis ciuilisq; definitione errauerimus. s o c. Quia in re, & quantum errasse nos dicis? H o s. Partim minus, partim generosius, magisq;, & plus quam tunc erratum. s o c. Quo pacto? H o s. Quod enim dum queretur rex, ciuilisq; vir ex p̄senti circuitu generationeq;, pastore ex contraria conuersione adduximus, & pro mortali gregis humani pastore Deū cōmemorauimus, longius transgressumus: quod verò ciuitatis vniuersa principē illum ostendimus, quo aut modò princeps esset, non declarauimus, verum quidē diximus, non tamen ad integrum perficieq; descripsimus. Quocirca minus in hoc, quam in illo deliquisse videmur. s o c. Vera loqueris. H o s. Existimare ergo debemus, tunc demum nos ciuilem virum satis exposuisse, cum gubernanda ciuitatis modum ad sufficientiam discreuerimus. s o c. Praclarè. H o s. Ob hanc vtiq; causam eam fabula incepit auimus, ut non solum ostenderentur quicunq; aduersus regem gregis humani illam in cōe nutritionem sibi vendicant, verum, ut illum clarius intueremur, quē solum sic appellare decet, cum sicut pastor boum uiuumq;, humani generis pascendi curā gerat. s o c. Recte. H o s. Reor equidem, o Socrates, pastoris illius diuini figuram maiorem esse, quam ut regi competit. Ciuiles aut̄ hos viros subiecti similes esse magis, siue naturam, siue educationem, siue disciplinas intueamur. s o c. Omnino quidē. H o s. Neg. Verò perscrutādum est, utrum magis ministris fuerint, vel utrum ita sint, an aliter nati. s o c. Quidni enim? H o s. Sic porro iterum resumamus. Arte suoptè imperio prcipientem, & circa animalia non priuatim, sed publicè prouidentem, supra statim gregis nutritionē vocauimus. Recordaris? s o c. Recordor. H o s. In hoc verò est erratum. Nam ciuilem virum neg, comprehendimus adhuc, neg, denominauimus, sed eius nos adhuc nomen fugit. s o c. Quo pacto? H o s. Greges singulos pascere alijs oībus pastoribus conuenit. Ciuit aut̄ viro competens nomen non dedimus, cum deceret cōmune cūnctis aliquid adhiberi. s o c. Vera narras, si modò licebat. H o s. Ino verò licebat curationem cōmuniter attribuere, absq; nutritionis, aut alterius negotij distinctione: & aliam quandam appellationem inferre cōem, siue gregis ductionem, siue curationem, siue diligentiam appellantates, atq; ita ciuilem vna cum alijs complecti, postquā sic oportere ratio dictauerat. s o c. Optimè. Verū quoniam pacto postea dislinguendum erat? H o s. Quemadmodum gregis nutritionē diuisimus secundum gregibilia, & volatiliū p̄fem, immixtorumq;, & mutilatorū, ita gregis & ductionē secundum eadē illa partiū licet, atq; ita & Saturni regnū ac p̄sens fuisse sermonē comprehensum. s o c. Videlicet. Sed quid tum? H o s. Si ita impositū facultati illi nomen fuisse, ut gregis ductionem vocauissimus eam quā gregis nutritionē vocauimus, constat quod nemo aduersum nos contendisset, quasi curatio oī no non esset: quemadmodum & hoc non absurdē cōtendatur, quod ars in nobis nulla sit nutritiua appellatione digna: & si qua sit, multis alijs prius magisq;, quam regiae id nome copetere. s o c. Recte. H o s. Nulla verò ars alia de hoc contendit, quasi sit totius humanæ cō munitionis curatio maior mittiorq;, quam regia. s o c. Re Etē loqueris. H o s. Post hac nunquid aduertimus Socra Peccati tigēs et qui delictum dicū? H o s. In hoc inquā, quod est si artem quāpiam bipedes gregis nutricem esse putauimus, nō tam illico regiam illam atq; ciuilem tanquam absolutam appellare debuimus. s o c. Cur non? H o s. Primo quidem oportebat quod dicebamus, nomen ad curā magis, quam ad nutritionē accommodare: postea curam diuidere. Nam diuisiones insuper nō paruas suscipit. s o c. Quas? H o s. In diuinum pastorem, & humanum curatorem. s o c. Scitē. H o s. Curationem item humanam in duo. s o c. Qua? H o s. In eam q̄ inuitis, & eā qua voluntibus imp̄rat. s o c. Quid ergo? H o s. In hoc sanè peccantes ineptiū, quam decebat regē tyrannumq; in idē cōduximus, cū & ipsi inter se dissimilimi sint, & gubernādi modus longe diuersus. s o c. Vera refers. H o s. Nūc igitur iterum emendantes, ut suprà dicebam, humanā curationem bifariam partiamur, in violentā, & voluntariam. s o c. Absq; dubio. H o s. Violentā quidem tyrranica, voluntariam aut̄ voluntiumq; bipedum gregis ductionē ciuilem artem denō emus: atq; eum, qui facultate haec est praeeditus, virū reuera ciuile regemq; dicamus. s o c. Videntur iam huius ciuiliū demonstraciones nobis ita demum penitus absoluta. H o s. Benē nobiscū esset, o Socrates, actū. Oportet aut̄ non tibi solum id, sed mihi quoq; tecum vna videri. Et nunc quidem rex mihi nondū perfectam videtur habere formam: sed quemadmodū statuarij interdū non satis tempestiū festinantes, quā plura & maiora, quam oporteat emblemata adhibent, serius perficiunt opus: sic & nos, ut quā primū atq; insit per magnificē prioris explicationis circa regē errata ostenderemus, putantes magna illius exēpla ponenda, ingente fabula molē exaggerauimus, majorisq;, quam oportebat illius parte vni coacti sumus. quapropter prolixiorē diffusationem induximus, & fabula finē haud penitus imposuimus. Ac sermo nobis reuera tanquā atq; al exteriorē quidem circumferentiam absolutam habere videtur, sed pigmentorum colorumq; mixtione perficua nondum decora. Decet autem verbis orationeq; magis, quam pictura, aut opificio manuario vnumquodq; aīal describere, exhibereq; his, qui assequiratione possint: ceteris celo et penicillo exhibeantur. s o c. De hoc quidem satis. Quā verò ob causam nondū sufficienter dictum esse aī, ostende. H o s. Arduū est, o beato, absq; exemplis res magnas lucide ostendere. Videlicet. Videlicet. n. Vnusquisq; nostrum tanquā per somnium noſſe omnia, reuera autem rursus omnia ignorare. s o c. Quo pacto? H o s. Absurdum admōnum, o Socrates, affectum anima circa scientiam nūno mouimus. Nempe in magnis arduisq; incepimus, quod in minimis, & facilibus erat per ordinē inchoandum. s o c. Quorsum hæc? H o s. Exemplo rursus exemplū, o felix, indiget. s o c. Ratione? Dicas, nihil mei causa veritus. H o s. Dicendum postquam ipse es audire plū, que colparatus. Nouimus quid agant pueri, cū primū literas discunt? s o c. Quidnam. H o s. Quod vnaquāq; literā rārā in breuissimis facilimisq; syllabis sufficienter personāscit, veraq; de illis eloqui possunt. s o c. Quidni? H o s. Eadem hæc in alijs ambigentes opinione sermoneq; faluntur. s o c. Proſus. H o s. An non itaq; facilime atq; optime

optimè ad ignota perduci posuit? s.o.c. Quo pacto? h.o.s. Reducere illos primū ad ea oportet, in quibus haec eadē re cōtē opinari fuerant, eisq; offerre qua nondum noscunt, et ea in iuicem cōparando, ostendere eandem similitudinem atq; naturam in vtrisq; cōplexionibus esse, donec cū igno tis omnibus que vera opinione concepta sunt, comparata monstrentur: demonstrata vero, & illorum exempla facta et a demum efficiant, ut ex omnibus cuiuslibet syllabæ elementis, id quod diuersum est, ab alijs diuersum nuncupent: quod vero idem est, idem semper secundum eadem cum seipso. s.o.c. Sic omnino. h.o.s. Nōnne satis hoc Generatio comprehendimus? quod videlicet tunc exempli genera tio est, cū quod idem est in alterutro se iuncto, recte opinione conceptum, & vtrisq; accōmodatum, vnam amborū cōiter opinionem parit? s.o.c. Videtur. n.o.s. Quid mi rū, si idem natura patiens anima nostra circa rerum omnium elementa, nunc veritate ipsa circa vnumquodq; in quibusdam constituitur, nunc autem circa omnia rursus in alijs fluctuat: cumq; in quibusdam copulationibus recte quodāmodo opinatur, transflata in magnas ac diffi ciles rerū syllabas, hac eadem rursus ignorat. s.o.c. Nil vtrisq; mirū uideri debet. h.o.s. Nam qua ratione quis, o amice, posset ab opinione falsa incipiens, ad aliquā ve ritatis vel minima partem perueniendo sapientiam adi psci? s.o.c. Nulla ferme. h.o.s. Si haec ita natura se habeat, nequaquam ego ac tu aberraremus, si primo totius exempli natura introspicere conemur in parvo quodam alio seorsim exemplo: deinde maximum illud aggressi regis exemplū, illud ipsum alicunde à minoribus traducentes, per exemplū rursus conaremur rerū ciuilium curationem arte dignoscere, & ipsam pro somnio veritatem consequi. s.o.c. Reclē admodū. h.o.s. Rursus superior oratio repetē da, qua inferebatur, postquā permulti cū regio genere de ciuitatis gubernatione contendūt, sibi illam usurpant, oportere eos oēs ab illo se iungere, ipsumq; solum relinquere. atq; ad hoc exēplo quodam opus esse diximus. s.o.c. Valde. h.o.s. Quōdnam potissimum exemplum exiguum quidē, & eandem ciuilem continens facultatē, adducens alii quis sufficienter quod inuestigatur, inueniet? Vis ne per sonē, o Socrates, nisi quid aliud in prōptu habemus, texēdi artē eligamus? non vniuersam quidem, sufficiet. n. ut arbitror, lanificiū. Forte nāg pars haec electa quod cū pimus indicabit. s.o.c. Quid nī? h.o.s. Cur nō, ut superius vñuquodq; in partiu parts diuidebamus, ita modo circa texendi artē fecimus, & quām brevissimē licet oīa transigētes, quod ad propostū conducit, elegimus? s.o.c. Quō inquis? h.o.s. Ipsam enarrationem responsi loco dabo. s.o.c. Praeclare loqueris. h.o.s. Eorū quā facimus, quāq; possidemus, alia gratia aliquid agēdi, alia, ne quid incomodi patiamur, velut propugnacula parātur. Propugnaculorum aut alia remedia sunt, tā diuina quām humana, alia uero obſcula. Obſculorū alia militaris ar matura, alia circuallatio. Circuallationum uero alia velamina, alia aduersus astū frigusq; munitiones. Munitiōnū alia tegmenta et retinacula, alia operimenta. Operimentorū quādam sufficiunt, quādam amiciunt. Eorū quā amiciunt alia simplicia, alia vero duplicita atq; cōposito. Cōpositorū alia perforata, alia sine perforatione conexa. Horū vero quāda neruae sunt ex his quā terrana scuntur, quāda pilea. Pilea vero partim aqua & terra

cōglutinata, partim sibimet inuicem sunt connexa. His projecto propugnaculū fulcimentiōq; qua ex eisdē colligati cōfecta sunt, nomē uestes impossumus. Artem vero qua maximē circa uestes versatur, ab ipsa vestiū effectio ne uestificiā appellēmus, quemadmodū disciplinam ciuitati procuratrīcē ab ipsa ciuitate ciuile denomināimus: dicamusq; textoriā facultatē, quatenus maxima ex parte uestes contextit, nulla alia re nisi nomine differre ab ista quā uestificiā nomināimus, quemadmodū suprā regiā diximus à ciuili. s.o.c. Reclē admodū. h.o.s. Post hec ita cogitemus: quod vtrisq; vestiū textricem artē forsan sufficienter dictā aliquis existimet: animaduertere vero nō posst, quod cū ab his q; propriis cooperantur, nondū distincta esset, à multis alijs sibi cognatis discreta fuit. s.o.c. Quibus cognatis? dicas obsecro. h.o.s. Videris mentē suprā dictis hanc satis adhibuisse. Quare iterū, ut videtur, à fine ad principiū redēndū. Si n. propinquitatē intelligis, hāc utiq; ab ipsa discreuimus, dū stragulorū cōpositionē ab amictū et suffulcimēto separaremus. s.o.c. Intelligo. h.o.s. Quinetiā artificiū omne quod lino et chordis virgulatisq; vñitur, ac summātū his q; terra nascitur, que passo ante neruea uocauimus, itā seūnximus. Imò et pilorū compositionē, eāmū que perforādo & suendo operatur, quā ut plurimū ad coriariam pertinet facultatē. s.o.c. Oīno quidem. h.o.s. Seūnximus p̄terea operimentorū sim pliū opificiū, quod pellibus vñitur. Item tegmentorū retinaculorumq; machinamēta quoctunque in adificando fuit: & in alijs artibus quibuscunq; ad aquarū retentio nem repulsionemq; quācunq; circa plications & violētas actiones opera, quibus aliquid cohibetur, efficiunt, se pesq; & maceriam opponūt, et cumulos quosdā obiecunt, quāq; operiūt aliquid. Item ualuarū cancellorumq; affi xiones, quā ad clavorum artificiū attinent. Quinetiā armaturā segregauimus, que portio est ampla facultatis illius, que propugnacula & obſcula obicit. Pr̄terea coquinariam, quā remedia pr̄ebere se uitae hominū profite tur, ab initio separauimus. Reliquimus autē artem quādam, quā visa est illa esse quam querimus, effectricem scilicet fulcimentorū aduersus frigora laneorum, textoriā cognominatamq;. s.o.c. Videtur. h.o.s. Cāterū nondū, o puer, perfecte his dictis rē expediūmus. Nam is qui primus uestium artificiū tractat, contrā quām te xtor agere videtur. s.o.c. Quāobrem? h.o.s. Textor nāque quodāmodo complicat et conectit. s.o.c. Certe. h.o.s. Ille vero q; simul inserta et implicita sunt, dissoluit. s.o.c. Quid istud? h.o.s. Opus eius qui carminat et discernit. Nunquid n. carminatoriam & discretoriā operam eandē cū textoria vocemus? carminatoremq; & discretorem cū dem cū textore dicemus? s.o.c. Nullo modo. h.o.s.p. Siquis autē diligentiam quā stamina & subtegmina p̄parat, textoriam vocet, procul, et ab opinionem hominū, et à ueritate ista appellatione discedet. s.o.c. Plane. h.o.s. Fullonū pr̄terea sutorumq; operā vtrum nihil conduce ad vestimentorum confectionem dicimus? An has oēs te xtorias appellamus? s.o.c. Neutrum dicendū vñderit. h.o.s. Verūtamen omnes haec de uestiū curatione cū textoris arte contendunt: ac plurimum quidem illi huius operis dabunt, multum quoq; sibi eiusdem operis uendicabunt. s.o.c. Sic est omnino. h.o.s.p. Pr̄ter has existimare insuper oportet artes instrumentorum quibus textor vñ tur, effe

tur, effectrices, partem sibi in efficienda tela usurpaturas. s o c. Probè. h o s. Utrum textoriae facultatis ratio, quam ut parte elegimus, sufficienter distincta erit, si ipsam aliarum omnium facultatum quæ circa laneam vestem versantur, maximam pulcherrimamq; dixerimus? Aut ita verum quidem dicetur, perfectè autem & manifeste nequaquam, priusquam ab ista reliquias se reuerimus? s o c. Ita certè. h o s. An non ita deinceps agendum est, ut consequenti ordine nobis sermo procedat? s o c. Nihil probet. h o s. In primis artes gemina circa omnia quæ sunt, consideremus. s o c. Quæ? h o s. Vnam quidem generationis, ut ita loquar, concavam, altera vero causam ipsam. s o c. Quo? h o s. Quæcumq; rem ipsam non fabricant, sed fabricantibus organa subministrant, quibus absentibus institutu opus nequaquam perficeretur, eas cœcausas, ut ita dixerim, nominamus: eas autem ipsas quæ principaliter faciunt, causas appellamus. s o c. Consentaneū id quidem. h o s. Post haec artes quæ colū, fusumq;, radiū, pectinemq; efficiunt, et alia circa vestium operam instrumenta preparant, oës concavas nuncupemus, illas autem quæ vestimenta curant & efficiunt, causas. s o c. Rectè. h o s. Ex causis vero partem ea quæ lauat, atq; quæ medetur, et alias huius generis, quæ curâ adhibent, cù multa ornandi diligentia sit, generatim colligere decet, et fullonū artem cognominare. s o c. Probè. h o s. Eam autem partem quæ carminat, discernit, & filat, & oës circa vestium effectionem, ars una cōprehendit, quæ cōter lanificiū nominatur. s o c. Quidni? h o s. Lanificiū porrò partitiones duas, & utræq; duarū artium simul partes sunt. s o c. Quo pacto? h o s. Facultas illa quæ carminat, & quæ pectine quidā vittur, ac oī no quæcunque sunt coniuncta, disiungit, pars lanificiū dicitur. cuius maximè partes duas sunt, discretoria una, altera cōcretria. s o c. Sic est oīno. h o s. In ea quæ discernit, carminaria, & aliae quas modo diximus, facultates insunt. Nā quæ lanas & stamna diuidit, vel pectine quidā uel manibus, aliter atq; aliter nomina cūcta quæ modo diximus, est sortita. s o c. Ita prorsus. h o s. Rursus cōcretria parte simul & lanificiū in ipsa contentam sumamus: quæcumq; aut ibidem discretoriae inerant, transeamus, lanificiū omne bifariam partiēt, et concretoriam partē et discretoriā. s o c. Partiamur. h o s. Partē itaq; concretoria simul & lanificiū, o Socrates, diuidere decet, si modo proposita nobis texendi arte sufficienter comprehendere uolumus. s o c. Oportet sane. h o s. Oportet absq; dubio. Ideoq; dicamus partē eius una in voluendo flectendoq; alteram in cōplicando versari. s o c. Nūquid hæc teneo? Videris. n. mihi staminis opera in torquendo ponere. h o s. Nō huius tantū, sed & subtegminis. An sine retortione generatione huius esse reperimus? s o c. Nequaquam. h o s. Describe horū utrūq; forte nāq; descriptio talis opportuna videbitur. s o c. Qualis? h o s. Ecce opus carminatoris cū in longū latumq; protrahitur, deductionem uocamus. s o c. Certe. h o s. Cū hoc factis pensis fuso retoriū est, solidumq; effectum filū, stamen appellant: artem autem ipsam quæ hoc dirigit et protrahit, staminariā. s o c. Rectè. h o s. Quæcumq; uero contortionē mollem accipiūt, et staminis implicatione ad reflexionis attractum moderatam mollietē nanciscuntur, ea utiq; filo deducta subtegmina, artem autem ipsam subtegminariam. s o c. Pro-

bè. h o s. Atqui pars illa textoriae quam proposuimus, iam cuius patet. Nam pars cōcretoriae facultatis in lanificio, quando recta protractione subtegminis atque statim implicationem contextumq; efficit, totum quidem ipsum implicitum & contextum vestem laneam, artem vero hmoi textoriam nuncupamus. s o c. Rectè admodum. h o s. At cur non statim respondimus textoriam artem esse, quæ subtegmen et stamen implicat, sed per loq; gas ambages frustra vagati sumus? s o c. Nihil mili quidē, o hospes, eorum quæ dicta sunt frustra dictum videtur. h o s. Nihil mirū, sed forsitan videbitur, o beate, si frequenter in hunc morbum in posterū incidas. Nam quid mirum? Audi sermonem qui de huincmodi omnibus semper est, in medium afferendus. s o c. Dic modo. h o s. Excessus in primis defectusq; naturam inficiamus, ut secundum rationem moderata laudemus, virtutem peremusq; in singulis, quæcumque modum sermonis non servant, dum in talibus quibusdam disputationibus aut prolixius, quam decet, aut brevius loquimur. s o c. Oportet sane. h o s. De his utique iure habenda ratio est. s o c. De quibus. h o s. De prolixitate inquam & breuitate, deq; omni excessu atque defectu. nam dimetendi facultas ad hæc omnia pertinet. s o c. Profecto. h o s. Eam itaque bifariam distinguamus. Conducit enim ad id quod intendimus. s o c. Dicas quo modo distinguendum. h o s. Pars una secundum mutuam magnitudinis paruitatisq; communionem, altera secundum necessariam generationis essentiam. s o c. Qui isthuc ait? h o s. An non secundum naturam tibi uidetur, quod maius est, nullo alio quam minori maius esse dicendum? quod minus, solo maiori minus? s o c. Mili vero. h o s. Quid vero? Quod excedit mediocritatem, & quod excedit seu dicendo siue agendo, nonne esse dicemus id quo boni homines à malis differunt? s o c. Apparet. h o s. Ergo essentias geminas iudiciamq; magni & parui ponere decet: nec vt paulo ante dicebamus, inuicem solum ista referri debent, immo vt nunc dicendum est, potius inuicem partim, partim ad mediocritem comparanda videntur. Huius autem rationem nunquid intelligere volumus? s o c. Quidni velimus? h o s. Si quis enim maioris naturam ad minus duntaxat referat, ad mediocris non referetur? quid ait? s o c. Id ipsum. h o s. An non artes ipsas earumq; opera omnia hac ratione secernimus? eamque quam querimus ciuilem, & textoriam facultatem è medio tollimus? ha siquidem omnes quod mediocri maius est, aut minus, non quasi non sit, sed vt difficile quiddam in actionibus vitant, atq; ita mediocritatem seruantes bona omnia pulchraq; efficiunt. s o c. Absque dubio. h o s. Nonne si ciuilem peritiam sustulerimus, manca nobis, & dubia erit regia scientia vestigatio? s o c. Valde. h o s. Utrum quemadmodum in disputatione de sophista, non ens esse euicimus postquam in eo nos destituebat oratio: ita nunc plus ipsum, & minus euincere debemus commensurabilia esse non inuicem solum, sed ad mediocris quoq; generationem? Neque enim ciuiles disciplinae quipiam, neq; alterius humanæ facultatis, nisi hoc admittit, potest esse peritus. s o c. Hoc igitur summopere nunc est agendum? h o s. Maius hoc opus, o Socrates, est quam illud, et si quam prolixum illud quoque fuerit, recorda

recordamur. Verum tale quiddam meritò de ipsis supponē dum. s.o.c. Quale? h.o.s. Quod eo quod nunc est dictū opus sit, si quidem docere volemus absolutum & sincerū natura quid sit: quod autem ad præsentia pertinere, egrè sufficienterq; monstrauerimus, conferre mihi videtur sermo hic magnopere, quod videlicet existimandum est, omnes similiter artes secundum manu simul et minus cōmensurari non inuicem tantum, sed etiam ad mediocris ipsius generationem. cum enim hoc est, illa sunt: & cū sunt illa, haec sunt, alterutroq; horum sublato, virung tollitur. s.o.c. Hoc quidem recte. Verum quid deinceps? h.o.s. Distinguere decet artem dimetiendi bifariam, quæ admodum suprà diximus, unamq; illius partem ponere artes omnes quecunq; numerum, lōgitudinem, latitudinem, profunditatem, & velocitatem ad contrarium metiuntur: alteram uero artes illas quæ ad mediocre moderatūq; respiquint, decensq; & opportunum atq; debitum, et summatim ad omnia, quæ, vitatis extremis, in medium configurerunt. s.o.c. Amplaque idem utraq; portio est, et altera longè ab altera discrepat. h.o.s. Quod sapientiū ferunt, o Socrates, ornati viri illi, qui magnum aliquid ac sapiens loqui se putant, dum prædicant dimetiendi facultatem, circa omnia quæ sunt, uersari, nunc dictū est. Quicquid enim artificiosum est, mensuræ quodam modo particeps esse apparuit. quoniam vero quidam confidere nequaquam per singula genera diuisione cundo solēt, hec tam longè inter se differentia, statim conferunt in unum, similia iudicantes. Sed & contrarium huius faciunt, quæ diuersa sunt, per partes minime distinguunt: eum oporteat, ubi quis primo multorum percipit communem, non prius distingere quam differentias omnes in ea quæ speciebus clauduntur, inspexerit: atq; iterum quoties dissimilitudines plurimas in multitudine sentit & agere, sentit, non prius ab hac effectus molestia distingere posse, quam cuncta quæ cognata sunt, intra cognitionem vna proprietatemq; concludens unius generis essentia nestat. De his igitur, deg̃ excep̃ibus atq; effectibus haec dicta sufficient: id autem duntaxat seruandum, duo hic videlicet mensuræ genera adiuventa fuisse, & quæ ea sint, mēte tenendum. s.o.c. Tenebimus. h.o.s. Post hunc sermonem, alium assumamus, de his que modo querebantur, deg̃ omni huiuscmodi sermonē tractatione. s.o.c. Quid istud? h.o.s. Si quis forte nos percontetur de puerorum circa literas exercitatione, quando interrogātur quibus ex literis nomen aliquod constet, utrum putemus tunc eos interrogari viuis duntaxat nominis illius declarandi gratia, an potius ut in omni grammatica eruditiores euadant, quid respondēbimus? s.o.c. Ut in omni grāmatice. h.o.s. Quid porrò? civilis viri indagatio ipsiusne gratia magis proposita nobis est, quam ut in omni disputatione accitores efficiamur? s.o.c. Patet id quoq; quod oīum gratia. h.o.s. Nemo utiq; mentis copos textorū facultatis rōnem ipsius duntaxat gratia venari contenderet. Verū plurimos latet, ut arbitror, rerū quarundam cognitu fa-Hic nō est cilii sensibiles nonnullas imagines esse, quas declarare ne verū illud, quaque arduum est, quoties ipsorum aliquis vult alicui nihil esse in rōnem de aliquo perquirenti, non cū ipsis rebus, sed abs intellectu, que ratione expedite demonstrare. Rerum autem maxima non sit in marum preciosissimorumq; nulla est imago quæ manifestu. st̃ ad hominum sensum captumq; effecta sit: qua ostensa

qui animum sciscitantis explere velit, sensui cuidam accommodans penitus compleat. Quapropter cogitandum est, ut rei cuiuslibet rōnem reddere & recipere valeamus. In corpore a nanque cū maxima & pulcherrima sint, rōne sola, alio verò nullo perspicue declarantur. Horum porrò gratia modo nobis dicta sunt oīa. Cuiuslibet aut̃ rei consideratio in minoribus facilior quam in maioribus extat. s.o.c. Præclare loqueris. h.o.s. Quorū denique causa dicta de his oīa sunt, recordemur. s.o.c. Quorum? h.o.s. Eius precipue molestia causa, qua circa textorū facultatis prolixam orationem affecti sumus, necnon circa totius mundi revolutionem: atque sophistæ sermonem de nō entis essentia putauimus sane prolixorem fuisse, quam deceret disputationem. Atq; in his oībus nos metipsoſ de terruimus, metuentes ne forte in supernacis diutius uerfaremur. Ergo ne deinceps iterū tale nobis aliquid accidat, horum gratia haec oīa à nobis dicta puta. s.o.c. Riet, dic age, quæ restant. h.o.s. Dico igitur oportere, et me & te eorum quæ diximus semper memores esse, quotiescumque vel breuitas vel prolixitas sermonis vituperatur, ita ut non ipsas inter se prolixitates conferamus, sed ad facultatis dimetiendi partem, quā suprà diximus, ad decori normam esse referendā. s.o.c. Scite. h.o.s. Sed nec ad hanc oīa referenda uidentur, neque n. prolixitate que nulli congruit, ad voluptatē egebimus, nisi obiter. Nec quis p̃ges quod queritur, ut facilimē celerrimeq; inueniamus, pri sus melior. mo, sed loco secūdo contendere decet: maximē uero oīum, primumq; illum honorare progressum, quo secundum species distinguere valeamus, disputationemq; longā haud molestie ferre, sed affectare potius, si quo modo ad inuentione nobis confert, similiter & brevē. Decet item eum qui longiores sermones vituperat, circuitusq; disputationū huiusmodi non admittit, haud ita leuiter temereq; damnare prolixitatem, sed ostendere prius disputatione breuore, & promptiores ad differendum, & ad inuentendum sagaciores nos si sequamur reddit: alias aut̃ et alio tendentes increpationes, laudēsue, nec curare penitus, nec audire. Ac de his sat, si tibi quoq; videtur: ad ciuilē facultatem iterū redeamus, textoris exemplū quod suprà posuimus cōferentes. s.o.c. Egregie locutus es, atq; ita ut uobis efficiamus. h.o.s. Non iam rex à mulieris pastorū officijs, imo ab oībus armentorum custodibus est distinctus? Ristant uerbæ facultates concusarum pariter & causarum, quas primū à seiuicem separare debemus. s.o.c. Recte. h.o.s. Haec partiri bifariā difficile est. Cuīus difficultatis causa sequenti sermone patet. s.o.c. Sic prorsus agendū. h.o.s. Per mēbra itaq; ipsas, instar vītimē disceramus, postquā in gemina secare nō valemus. Oportet n. in proximū semper numerum distri buere. s.o.c. Quo pacto? Experiāmus iam. h.o.s. Quē admodum in superioribus omnes quæ instrumenta texturæ parabant, veluti concusas posuimus. s.o.c. Nempe h.o.s. Idem quoq; in præsentia, et multo magis agendū. quecunq; n. magnum aliquod, aut paruum in urbe fabricant instrumentum, tanquam concusæ ponenda sunt. Nā sine his ciuitas constare non potest, neg, civilis disciplina consistere. Nullum tamen horum regia artis opus esse ponemus. s.o.c. Nullum prorsus. h.o.s. Atqui difficile quiddam aggredimur, genus hoc ab alijs distinguentes. Qui enim dicit unius cuiusdam eorum, quæ sunt in-

strumentum esse, ut verisimile quiddam loqui videtur: ita alterum tamen eorum quae possidentur in ciuitate, hoc est dicendum. s o c. Quid nam? h o s. Quod hanc vim non habet. neq; enim causa sic coagulanatur generationi ut instrumentum, sed ad eius quod genitum est salutem. s o c. Quale istud? h o s. Quod siccus, & humidus, igne calefactus & frigidis varium genus effectum, quod una appellatione vas nominamus, quamvis species plurima sit. hoc aut scieta illius quam perquirimus non est opus. s o c. Non certe. h o s. Tertia possessionum species multiformis apparat terrestris atq; aquatica, multisaga & non errans, preciosa, & vulsa, uno significata nomine: quia uniuersum hoc semper alicui sedes efficitur, seorsim gratia. s o c. Quid hoc? h o s. Vehiculum nuncupamus, haud sane multum peritiæ ciuilis opus, immo architectura & figuraria, & araria facultatis magis. s o c. Intelligo equidem. h o s. Nunquid quartum præter ista dicendum, in quo plurima ex ijs quæ supra retulimus, continentur? vestimenta, arma multa, muri, terreni, & lapidei ambitus, aliaq; permulta. Cumq; hæc omnia muniendi obiectiæ gratia fiant, rectè munimenta obstatuæ communiter appellari possunt, multoq; magis architectorum textorumq; quam ciuilis sunt opera. s o c. Sic est omnino. h o s. Num quinto loco ornandi, pingendi, canendi artes locabimus? & quæcumq; his vntuntur, & ab his sunt imitationes quædā obiectationis gratia dūt taxat excogitaæ, quæ merito uno quodam nomine comprehenduntur. s o c. Quo? h o s. Uniuersum hoc iocosum quiddam denominatur. s o c. Absq; dubio. h o s. Vnū hoc nomen omnibus his conueniet, neq; n. illorum quicquam studij sed socii gratia semper efficitur. s o c. Hoc quoq; ferme inteligo. h o s. Facultatem vero illam quæ his omnibus præparat corpora, ex quibus & in quibus conficiuntur artiū, quas modo narramus, opera, non sextam ponemus speiem uiam, & ex multis artibus dependentem? s o c. Quam dicas? h o s. Eam quæ aurum et argentum ceteraque metalla terræ eruta uscibis præparat. Item quæ sylvas incidit, quæ fôdet, quæ ex his construit aliquid, quæ pliecat atq; contexit, seu quæ cortices arborum, siue quæ animalium pelle circuicidit, et polit, & quæcumq; artes circa hominē quædam versantur: rursus ille à quibus suber, liber, codex, vinculaq; parantur, ut siant cōpositæ species ex generibus non cōpositis: uniuersum hoc appellamus primogenitam hominibus possessionem, & simplicem, quod regia artis nequaquam est opus. s o c. Optime. h o s. Se primum tenet locum nutrimenti possessione, & quæcumque commixta corpori, partibus suis partes corporis alere possint, atq; curare, quod totum alimentum dici debet, nisi quod forte pulchrius reperiamus. Agricultura autem, venerationi gymnastica, medicina coquinaria uniuersum hoc rectius quam ciuali tribuitur. s o c. Rectius sane. h o s. Ferme omnia quæ possidentur præter domesticorum animalium species, in his septem arbitror sunt numerata. Sic autem cogita. Par erat primogenitam illam quam vocamus speciem primum inducere, instrumentum deinde, vas, vehiculum, munimentum obiectamento nutrimentum: prætermittimus autem, si quid non magnum latuit, quod alicui istorum accommodari possit, qualis est numerorum forma, signorumq;, & omnis characteris. Genius enim hec in illis non admodum cognatum habet, sed partim in ornatum, partim in instrumenta, violentius forsitan, attamen penitus tracta quodammodo congrunt. possessionem vero animalium domesticorum, seruis exceptis, gregis nutritio primo distingua, comprehendisse videtur. s o c. Et maxime quidem. h o s. Restat seruorum ministrorumq; omnium genus, ubi præsentio eos palam reclamaturos esse, qui de hac parte sic cum rege contendunt, quemadmodum cum textore qui carminant filantq; quia alia de quibus diximus, faciunt. Ceteri vero omnes tanquam concusæ dicti, una cum nunc memoratis operibus a regia ciuiliæ actione sciuntur sunt atque discreti. s o c. Apparuit. h o s. Considereremus reliquos quam proxime accedentes, ut certius cognoscamus. s o c. Oportet omnino. h o s. Maximos porro ministros quantum hinc intueri licet. contrariam eius quam suspicati sumus exercitationem passionemq; habere reperiemus. s o c. Quos? h o s. Empta mancipia & simili quodam modo in servitudinem coactos homines. Quos sine controversia seruos cognominare possumus, longissime a regia dignitate distantes. s o c. Quidni? h o s. Quid dicimus de liberis, qui cunque sponte quæ supra diximus ministeria obeunt, agricultura, & aliarum artium opera transportant, mutuusq; commutant commercijs, siue de foro in forum in urbe eadem, seu de urbe terra mariq; transferentes in urbem, partim cum rebus alijs nummos, partim simile quiddam simili commutantes, quos nummularios, mercatores, nauticos, vectores, caupones denominauimus? Nunquid isti ciuilem sibi peritiam vendicabunt? s o c. Forte mercatorum artes. h o s. Non tamen illi quos reputare mercedarios cernimus pauci omnibus ad seruendum expositos, regiam usurpare dignitatem reperientur. s o c. Est ut dixi. h o s. Quid vero de his qui talia quædā nobis ubique suppeditant? s o c. Quos dicas, & quarū rerū suppeditatores? h o s. Genius praecunum inquam, & eorum qui sapienter circa publicas literas subministrant, nonnullosq; alios solerter rerum ad principum ministerium pertinentium elaboratores. Quid de his dicendum. s o c. Quod & ipse dicebas, ministros esse, non principes ciuitatum. h o s. Non vanum est igitur, ut arbitror, quod in superioribus dixi, inuenturos nos hac ratione plerosque de ciuili curatione vehementer concertantes, quamvis absurdum alicui videri possit, eos in ministrorum numero querere. s o c. Valde quidem. h o s. Accedamus præterea propriis ad eos qui nondum examinati sunt: hi vero sunt qui circa vaticinum habent scientiae alicuius ministeria particulam. Interpretes enim diuinorum ad homines hic censentur. s o c. Certè. h o s. Quinetiam sacerdotum genus, ut lege habetur, intelligit docetq; quo pacto donaria dīs, & sacra sint offerenda. Item quæ rōne vouchandum sit, quidue boni sit à dīs petendum. Hac autem ambō ministeriorum artis partes sunt. s o c. Videlur. h o s. Ita igitur vestigium quoddam eius quod inquirimus attingere videntur: nam illa sacerdotum & vatum ratio, magnanimitate, intelligentiaq; & claritate abundat, propter eorum que tractant magnificientia. Quapropter apud Aegyptios non licet regē absq; sacerdotio imperare. Quinimo si ex alio genere quippe vi regnum usurpet, cogitur post sacerdotium regni assumptionem sacrū iniciari, ut rex denique sit, et maximum sacerdos. Præterea in plurimis Græcorum ciuitatibus apud eos præsertim, reperies precipua sacra à magistris

gistratibus summis institui. nam & apud vos fertur, creato regi patria & solennia maxima, et purissima aliorum omnium esse tributa. s o c. Et maximè quidē h o s. Hos itaq. forte creatos reges, sacerdotesq., & eorum ministros, necnon aliam quandam frequentem turbam considerare debemus, quæ paulo ante se moris superioribus in lucem venit. s o c. Quos inquis? h o s. Viros quosdam inquam. s o c. Quamobrem? h o s. Iam n. cogitanti mihi multiforme horum genus appetet. Multi nang, uironum leonū similes sunt, centaurorumq., aliorumq; huiusmodi, plurimi etiam satyrorum, imbecilliumq;, & multiformum bestiarum, citoq; transmutant alternantq; in uicem formas et vim. Enimvero nunc primum eiusmodi viros, o Socrates, animaduertisse mihi videor. s o c. Dic obsecro. Videris n. mirum quiddam nunc videre. h o s. Profecto. Nam ut mirum semper aliquid nobis contingat, ignoratio efficit. Ac mihi modo idem contingit. Repente nanque ut ambigerem accidit, cum chorū negotiorū ciuilium intuerer. s o c. Quem? h o s. Maximum sophistarum eūum prestigiatoarem, huiusq; artis praeceteris perutissimum quem discernere decet à viris reuera regijs atque ciuibib; quāvis arduum id sit, si modo quid querimus perspicue cognoscere volumus. s o c. Nullo modo hoc intermittendū. h o s. Non certe ut arbitror. Ac mihi dicas, an non monarchia i. principatus vnius, una quādam est gubernationū ciuilium? s o c. Est. h o s. Post hanc paucorum potentiam ponere possumus. s o c. Sanè. h o s. Tertiā vero multitudinis gubernationem quam popularē vocant. s o c. Profsus. h o s. Nōne tres hā quāmodo quinque sunt, cum duo nomina ex se insuper pariant? s o c. Quānā? h o s. Qui considerant & inuitis & volentibus, itē & lege & arbitrio, imperari posse, tū et pauperes esse posse qui pr̄sunt, vel diuitijs ad impriū euehi, duas in species tam vnius quam paucorum dividunt principatum. Et vnius quidē principatum in regnū, & tyrannidem partiuntur. s o c. Utique. h o s. Gubernationē vero quā penes paucos est, in paucorum potentiā, & potentiam optimatum. s o c. Omnino. h o s. Popularis vero gubernationis nomen nullus virq; mutare aliquando cōsuevit, seu sponte, seu vi populus dinitibus quibusdā pr̄sideat, seu lege, seu arbitrio regat. s o c. Vera narras. h o s. Nunquid existimamus aliquam hārum gubernationū ciuilium rectam esse finibus his distinctionib; determinatā? videlicet uno, paucis, multis, paupertate, diuitijs, violentia, voluntate, legibus et arbitrio. s o c. Quid prohibet? h o s. Considera diligenter, et hāc me sequere. s o c. Quā? h o s. Stabimūsne in eo quod in principio dictū? an non? s o c. In quónā? h o s. Regiam dignitatē vnam quandam scientiarum es se diximus. s o c. Diximus. h o s. Neque in quois scietia genere illam locauimus. E' multis quippe facultatem illam quā iudicat simul precipitq;, selegimus. s o c. Sanè. h o s. Eam deinde quā precipit, partim rebus inanis, partim animatis & eodem ordine diuidentes, huc sumus progressi, ut scientia nomen seruaremus: quæ vero potissimum scientia sit, nondum declarare potuimus. s o c. Recte loqueris. h o s. Nunquid igitur videmus decriptionem eorū neq; secundum violentiam & voluntatem, neq; secundū paucos ac multos, neq; per inopiam et opulentiam fieri oportere, sed per scientiam quandam, si su

periora sequamur? s o c. Necesse est ut id fiat. h o s. Necessario igitur hoc nūc ita cōsiderare debemus, cuīnam horū maxime imperatoria facultatis scientia inest, quae ferme cōparatu maxima omnium atq; difficultata est. In scire nang, illā oportet, ut videamus quinam à sapiente rege s̄ gregandi sint, qui sibi ciuilem peritiā vendicant, idq; plurimis persuadent, cū ab ipsa procul admodū absint. s o c. Sic prorsus agendum, ut ratio superior monuit. h o s. Nūquid igitur multitudo tibi in ciuitate huīa sciētiae cōpōs videtur? s o c. Quonam pāclo? h o s. An mille hominū ciuitate fieri potest, ut centum, vel quinqua ginta viri sufficienter ēā adipiscantur? s o c. Facilima oīum artium hēc effet. scimus. n. mille hominū numero totidē viros qui talorum ludo ceteros Gracos exuperēt, nequaquam reperi, nedum reges. Atqui virum vllū quicquid regia peritia instruētus est, regem vocare, sine dominetur, siue priuatus degat, iuxta rōnem illam supe Circa quos riorē oportet. h o s. Pulchre monisti. arbitror aut iuxta hunc sermonem rectā gubernationem. si quando recta sit, bernatio. circa vñū, vel duos, vel paucos esse querendam. s o c. Quidnī? h o s. Existimare vero eos ciuiles ac regios homines oportet, qui arte quadam imperant, volentibus, an nolentibus, secundū scripta an absq; scriptis institutūq; & legib; pauperes an diuites ipsi imperirent, nū refert. Na et medicos nibilominus sic appellamus, siue inuitis siue volentibus secando, aut vrendo, vel aliter affligendo, scriptis aut ex v̄su curant, pauperes ipsi aut diuites medeantur, modo arte quadam curandorū corporū, vel purgando, vel extenuando, vel replendo augendoq; utantur. Acque enim medicos nominamus, dummodo qui curant ad bonū corporis respicientes, ex deteriori habitudine in meliorem restituant atque seruent. hoc modo duntaxat ut arbitror rectam esse dicemus medicinā, vel cuiusvis alterius principatus definitionē, alio vero ne quaquam. s o c. Ita prorsus existimandum. h o s. Necesse est igitur ēā maximē, ac solam rectam existimare rempub. in qua qui magistratibus funguntur, reuera gubernare sciunt, siue legibus, seu absq; legibus dominetur, siue volentibus, siue inuitis, vel etiam si pauperes sint, vel diuites. Nihil. n. ex hī quicquā ad rectam gubernandi rōnem refert. s o c. Praclārē. h o s. Neq; in super refert, siue capitalibus pēnē & exilijs quibusdam communis boni gratia ciuitatem purgent, siue colonias tanquam apum examina emittant, populūq; cōminuant, siue aliunde homines futuros ciues aduocent, ciuitatemq; amplifcent. Quatenus. n. scientia & iustitia freti ex exteriori meliore pro viribus ciuitatem efficiunt, atque seruent, eatenus rectam appellari rempub. volumus, & in eo ipso duntaxat definitionem recte gubernationis consistere. Ceteras vero oīes neque legitime, neque vere dici putandū. Sed eas quā hāc imitantur, libertur laudamus, velut recte ad meliora tendentes: alias contrā vituperamus tanquā imitatione malorum ad deteriora proclives. s o c. Cetera quidē hospes prole dicta videntur. isthuc vero quod inquis, gubernationē siue legibus rectam esse posse, haud facile admitti potest. h o s. Panlulū me interrogādo, o Socrates, p̄uenisti. Erant. n. percontatur, utru hāc admittas oīa, an quicquam alter statuas. nūc aut̄ constat nos velle de yis qui recte siue legibus pr̄sunt, differere. s o c. Procul dubio. h o s. Patet aut̄ quidāmodo,

Legum la. legum lationem ad dignitatem regiam pertinere. Sed effusionem ad se optimum non leges quidem valere, sed hominem prudentem regiumq. Nunquid huius rationem intelligis? s o c.

Declaro. H o s. Quoniam lex nequit quod optimum omnibus est & iustissimum sincere comprehendendo, semper ita, ut operae precium est, præcipere. quando hominū actio numq. dissimilitudo instabilisq. rerum humanarum conditio facit ut ars nulla simplex quicquam, & in uniuersum de omnibus, perq. omne tempus valens constituere posset. Concedimus ista? s o c. Planè. H o s. Legem vero cernimus ad hoc ipsum niti, quasi hominem quendam pertinacem, & imperitum, qui nihil quam quod ipse constitueret fieri permittat, sed nec rogari etiam, si quid non iu præter illius ordinem potius meliusq. alicui videatur. s o c. Vera loqueris. Ita n. ut dicebas lex homines cogit. H o s. At fieri non potest, ut certus quidam et unius modi simplexq. ordo valeat in his quæ uaria semper sunt, unius modi uero nunquam. s o c. Apparet. H o s. Inuenienda igitur causa est, quā propter leges ferre necesse est, lex ipsi licet optimū atq. rectissimum non sit. s o c. Cuidabim? H o s. Nōne & apud nos et apud alios quoquis mortales sunt quædam simul omnium exercitationes communes, siue cursu, siue alio quoque genere decertare velis? s o c. Per multa. H o s. Referamus si placet præcepta illorū qui arte quadam gymnasij præsent. s o c. Quænam? H o s. Arbitratur illi quidem fieri non posse, ut quid sigillatum & uenient scorsum conuenit, præcipiat. Itaq. quid communius est, quodq. et plurimi et plurimū conducere putant, instituendum censem. s o c. Praeclare. H o s. Quamobrem dum aquis laboribus hodie cū-ebos astringunt, paribusq. exercitationibus agitant, sit ut vel nimis incutent, vel enervent, & inepta ad cursum palæstramq. et alia certamina corpora reddat. s o c. Sic accedit. H o s. Legum quoq. conditorem putemus suis gregibus præsidetem, deḡ iustis operibus mutuis sue cōmercijs iura dantem, nō posse dum cunctis in unum consulit, ad singulorum commoditatēm iūsue proficere. s o c. Consentaneum est. H o s. Ceterum, ut arbitror, quod et plurimi et plurimū conductit, cōiter instituet, ac hmoi leges & scriptis, & nō scriptis, sed patrijs moribus inducit. s o c. Reclē. H o s. Reclē admodū. Etenim quo pateo quis possit per oī vitam ad singulos circūscire, sedulusq. assidere cuiq., & cuiusq. cōmoditati consulere? Nā si quis disciplina regia p̄ditus, hoc efficere posset, nun quā impedimenta ista quæ leges appellantur, sibi p̄scriberet. s o c. Ita prorsus ex his quæ dicta sunt videtur. nos. Imo magis, o Socrates, ex his quæ dicuntur. s o c. Quibus? H o s. Hisce inquit. si medicus quidam aut gymnaстicus imminete longa peregrinatione, procul ab yis quos curat abfuturū diu se putet, diffidatq. illorū memoria, nū agendorum monumenta quædā illis conscribere cogabit, nēcne? s o c. Cogitabit utiq. H o s. Quid si p̄ter opinionē ocyus quam putauerat revertatur, verebiturne alia illis p̄cipere præter ea quæ quondam scripserat, si qua p̄tiora agrotatibus adhiberi possint ob temporū mutationes, s̄tis aut alio quopiam p̄ter spem, & consuetudinem incidebūs? perseverabitne inquit in priori proposito, neque pri mas institutiones transgredi quenquā patietur, nec ipse mandare alia, nec ab agrotante alia præter solita obseruari, quæ ea & medicina artis propria sint, & sa-

luberrima: quæ vero aliter fiant, præter artem sint, et noxia? An potius quicquid eiusmodi circa scientiam artemq. veram accedit, per ora risum plurimum autoribus istis concitat? s o c. Et maximè quidem. H o s. Et vero qui iusta & iniusta, honesta & turpia, bona & mala, siue scriptis legibus siue nō scriptis moribus hominum gibis quicunque in ciuitate ad legū scriptarum normam uiuit, tulit induxitq. non licet alia quædam præter ea quæ scripta sunt agere, neg. si ipse idem qui ante conscriptis, redeat, neg. si quis alius eius similis veniat? an potius dubitatio talis nō minus, quam illa superior reuera ridicula videretur? s o c. Nihil prohibet. H o s. Nostis ergo quod hac de re vulgo dicatur? s o c. In p̄sentia non memini. H o s. Atqui pulchra dicunt. aiunt n. si quis leges quædā prioribus meliores inuenerit, et eas ciuibus persuaserit, eu oportet leges ferre: si nō persuaserit, nō oportere. Nunquid recte? s o c. Forsan. H o s. Si uante quispiam non persuasione, sed usi quod rectius est, induixerit, quod erit potissimum ei violentiae nomen? restonde. immo nondum ad ista, sed ad superiora prius. s o c. Quæ inquit? H o s. Si quis arte medica vere prædictus nō persuadeat, sed cogat eum quem curat puerum, vel virum vel mulierem præter scripta, quod melius agere, quodnā erit ei violentiae nomen? Nōne aliud quodvis potius quam artis transgressio, hoc est illatio morbi? & quidvis aliud potius coactio homini, quam transgressionem artis ac morbum contigisse dicendum? s o c. Vera loqueris. H o s. P. Quid autem contra ciuilem artem erat delictū? Nōne quod turpe dicitur, quod malū, & quod iniustum? s o c. R. Isthuc ipsum. H o s. Age, cū aliqui coguntur præter partas leges moresq. facere quæ iustitia, meliora, honestiora sunt, nōne ridiculosissimus omnium erit quisquis vim eam vituperabit, dicetq. illos à curatorebus qui cōgerunt, turpia, mala, iniusta fuisse perpessos? s o c. Vera penitus loqueris. H o s. Nunquid si dines est qui cogit, iusta coactiones sunt: si pauper autem, iniusta? An potius siue persuaserit, siue non persuaserit, siue pauper sit, seu dines, & secundū scripta, vel præter scripta, modo utilia inducat, dicendū est hanc veram esse recta gubernationis ciuilis definitionem? Quā rōne vir sapiē Regū op̄ficiū. bonusq. gubernabit semper ita ad subditorum salutem respiciens, ut ad nautarum nauisq. salutem respicit gubernator. Nam ut ille non scriptis, sed arte quasi lege quædā nautas seruat, ita & vir ille vere ciuilis, & apud eos qui ita dominari possunt, reclē est rerum ciuilium ad ministratio, vim artis legibus potiore adhicens. Ac summatum quicquid prudentes principes agant, nunquam delinquent, quandiu unum hoc potissimum seruant, mente & arte quod iustissimum est ciuilis inducentes, tueri eos valeant, melioresq. ex deterioribus quoad fieri potest, efficere. s o c. His quæ modo dicta sunt, reputare non licet. H o s. Neque illis insuper. s o c. Quætudo nō bus dicebas? H o s. Quod nulla unquam multitudo potest regere ea disciplina præcellere, qua secundum mentem ciuitatis regatur. Sed reclē illa ciuitatis administratio vel apud unum, vel apud paucissimos certe est querenda. Cetera vero tanquam imitationes quedam ponenda apud res uel paucos. Videntur, ut paulo suprà dictum est, hunc nunc quidem in meliorem partem, nunc in deteriorem imitantes. s o c. Quomodo istud dicebas? neque enim quod de imit

de imitando paulo antè dixisti, satis tū intellexi. h o s.
Haud male fecerit, si quis hoc illam sermone, desistet
prius, quam errorem, qui circa hoc nunc est cōmissus, o-
fenderit. s o c. Quem errorem inquis? h o s. Tale quid
iam querere necesse est, quod quanquam neg consuetum,
neg cognitu facile est, ipsum tamen comprehendere annita-
mur. Cūm sola hac quam memor auimus, rectā ciuitatē gu-
bernatio sit, nonne ceteras huīus institutis videntes, ser-
uari necesse est, dum agunt quod modo laudabamus,
quamus rectissimū id non sit? s o c. Quid illud? h o s.
Quod nemo quicquam præter leges cōmitere audiat, &
quisquis audet, morte multetur, extremisq; omnibus sup-
plicijs affligatur. id aut̄ est secundo loco rectissimū atq;
honestissimum: primo nāng in loco ponendum quod nunc
est dictum. Quo aut̄ modo eueniat, quod modo secundum
esse diximus, declarēmus. Vīsne? s o c. Et maximē qui
dem. h o s. Veniamus iterum ad imagines, quibus regios
principes semper comparare necesse est. s o c. Quas imagi-
nes inquis? h o s. Generosum inquam nauis gubernato-
rem, multisq; vī ille dicebat, alijs equiparandū medi-
cum. consideremus iam imaginē eius rei aliquam singu-
les. s o c. Qualem? h o s. Talem quandam, ut si omnes
grauia nos qdā ab illis pati nobis persuadeamus: Neputa
qui quos nostrum seruare viri, velint, seruent: quos
contra perdere, perdant, dū fecant, vītū, & ex hoc in-
stituto suo quasi quoddam tributum mercedem referunt:
eumq; multa cogant expendere agrotantem, ipsi pro agro-
tante exponunt nibil, reliquias aut̄ rebus & ipsi & ipso-
rum familiares vītūr: denum acceptis pecunijs, vel à
cognatis, vel ab inimicis agrotantis, mori eum cogunt.
Gubernatores quoq; alia qdā huīus generis permulta pa-
traro dicuntur, neputa qui hoīes sāpē ex composito in re-
cessibus solos deſtituant, quū quipplam in pelago labefac-
tarint, in mare illos ejciant, inq; multis alijs lēdant.
Persuadeamus itaq; nobis, nos his causis laceſſitos cōſule-
re, quo pacto autoritatē artibus illis auferamus, ne libe-
rē ulterius, aut seruis aut liberis hoībus dominentur: &
ob hoc cætu facto nos concurrere, & vel oēm populum,
vel diuites tantum conuocare, ubi etiam rūdium hoīum,
& aliorum artificum de nauigio morbisq; consilium au-
diatur: quónam pacto medelis instrumentisq; suis medi-
cos apud agrotos vī oporteat: item nauibus, & earum
instrumentis nauigando, periculaq; procellarum, & flu-
etū euitando, & piratarum infidias euadendo, ac et si
mari longis nauibus aduersus similes sit pugnandū, qua-
rōne vī bis deceat. Fingamus inquam, q; hisce de rebus
vel medicorum gubernatorumq; vel rūdium hoīum tur-
ba consultanti videntur, in publicis quibusdam tabulis
columnisq; inscribi, & mores quos dā ritusq; nō scriptos,
sed patris hisce de rebus constitui, sic vt reliquū tempus
omne ad horum normam nauigandum sit atq; medendū.
s o c. Vehementer absurdā finixisti. h o s. Præterea quot-
annis populi principes constitui, siue ex diuitibus, siue ex
omni populo sorte delectos, qui iuxta scriptas illas institu-
tiones & naues gubernent, & agrotibus medeantur.
s o c. Hæc superioribus quoq; diuīora videntur. h o s. Vī
deamus præterea quod hinc sequitur. Cūm anni magi-
ſtratus cuiusq; tempus exactū fuerit, necesse erit iudicio,
aut ex delectis diuitibus, aut ex vniuerso populo sorte co-
ſtituto, iſtis ſiſtere viros illos magistratibus functos, eosq;

corrigere : ita ut liceat volenti cuilibet licet eis intendere , quod aliter quam leges inbeant , & patria consuetudo doceat , aut naues gubernauerint , aut agros curauerint : & qui aliter fecisse deprehendentur , latas sententias , vel supplicio , vel alio quodam incommodo a iudicibus afficiantur . s.o.c. Nonne quicunq; magistratum inter huiusmodi hoec ffronte suscipit , merito quodvis supplicium damnificare patietur ? H o s p. Ferre insuper oportebit : si quis praeter scriptas constitutiones nauigandi rōnem aliquam nouam inferat , aut sanitatis tuenda veram illam & legibus traditam rationem , ad ventos , & calores , & frigora transvereis persecutetur , & circa hac ex ingenio suo philosophetur , doceat q: primo quidē hunc neg gubernatore esse , neg medicum noi andum , sed curiosum quendā delirumq; sophistam . deinde a quolibet in iudicium trahi posse , reputa qui iuniores alios corrūpat , suadetq; ut gubernatoria & medicina contrā legū instituta pro suo cuiusq; arbitriatu tractaretur , eodē pācio naues morbiq; curentur : ac si p̄ter leges iquenibus , aut sensibus persuadere quicquam reperiatur , extremis supplicijs affici . neg . n. oportere quicquam legibus sapientius esse . neq; .n. quenquam aut medicinā sanitatiq; naturam , aut gubernandi nauigandiq; optimam rōnem ignorare , sonpta mo resq; patrīo perdiscere volentem . Si hac ita contingat circa scientias quas narravimus , aliasq; permultas , ut secundum pr̄scripta potissimā quam secundum artem agatur quid dicemus o Socrates ? Vtput a se idem circa rem militarem , oēm venationē , circa pīcturā quoq; , & viuēsam imitationem , circa architecturam , & oēm instrumentorū supelleciliūmq; effectionem , circa agriculturam & oēm plantandi curam , equorumq; & armentorum oīum custodiām , circa vaticinūm , & variū ministrorū obsequium , circa talorū ludum , arithmeticā nudam , vel eam q; circa planū , aut profundū , aut velocitatē tarditatemq; est , constituantur . s.o.c. Certum est , si ita se res habeant , artes oēs funditus subverti , neg detinēs vñquam renasci ob hanc ipsam legem quæ rerum nouarum indagationem vetat . Vnde vita quæ nunc difficultis est , tunc prorsus etiā intoleranda fieret . H o s . Quid ad hoc ? Si secundum pr̄scriptas leges fieri singula cogeremus , legib; ip̄s pr̄ficeremus virum quendam , vel consensu populi designatum , vel sorte creatū , qui sp̄reis legibus , aut lucri causa , aut propriæ libidinis gratia , alia qdā sequeretur pr̄ter hac quæ sunt instituta , imperitus rerum agere tet , nonē hoc priori malo deterius ? s.o.c. Maxime . H o s . Etenim quisquis cum imperitus sit , praeter leges illas , quæ ex lōgo rerum usū ab his qui gratiose populo consultates ut eas acciperet , persuaserunt , latas sunt , cōmittere audit , scelus cōmittit superiori peccato longē deterius : ac multo magis quam scriptae leges , officia vitæ confundit atq; peruerit . s.o.c. Magnopere . H o s . Quapropter legibus constitutis , alteratiam (quemadmodum dicitur) nauigatio est , vt nemo quicquam vñquam pr̄ter illas facere permittatur , sine singuli , sine populus hoc conetur . s.o.c. Scite . H o s . Nonne imitamenta quædā veritatis , singulis hac erunt , quæ ab intelligentibus pro virili constituta fuerunt ? s.o.c. Nihil obstat . H o s . Atqui si recordamur , ciuilem reuera hōiem atq; peritum suprà diximus multa sāpe ex arte facturum pr̄ter instituta quæ antea scriperat , quoties potiora quælam yis quæ ab- Leges ei- veritatis imitatione

sentibus reliquit, inuenisse putauerit. s o c. Diximus
 proculdubio. H O S. Nonne si vel singuli, vel populus i-
 pse, cui leges præscriptæ sunt, præterquam quod illis legi-
 bus tradicu alius quiddam tanquam melius aggreditur,
 idem pro viribus quod verus ille ciuilis vir agit? s o c.
 Summopere. H O S. Si qui igitur imperii id agerent, imi-
 tari quidem verum ipsum anniterentur, peruerse tamen
 imitarentur. Siqui autem periti idem contendant, haud am-
 plius imitatio iam hoc, sed illud ipsum verisimum erit.
 s o c. Omnino. H O S. Enimvero id iam ante inter nos co-
 uenit, arcē nullam multis competere. s o c. Cōuenit cer-
 tē, H O S. Ergo si ars q̄dam regia facultas est, turba di-
 uitum, & populus oī scientiam hanc ciuilem nunquam
 nanciscitur. s o c. Nunquā. H O S. Oportet itaq; respub.
 eiusmodi si quando veram illam gubernationem vnius
 viri arte imperantis pro viribus innitatur & sunt, nun-
 quam quicquam præter scriptas leges moresq; patris face-
 re. s o c. Egregie locutus es. H O S. Eandē illam cū
 gubernādo. Qui rex sit diuites imitantur, eā remp. optimatū gubernationem vo-
 camus: quando vero leges pro nihilō habent, paucorū po-
 tentiā. s o c. Apparet. H O S. Quinetiā quoties vnius se-
 cundum leges dominatur, scientem illum imitatus, rege
 vocamus, non distinguentes noīe illum, qui sciētia solus
 imperat, ab eo qui opinione secundum leges solus et domi-
 natur. s o c. Ita videtur. H O S. Nonne igitur si vnius
 vera illa scientia prædictus imperat, idē nomen, hoc est
 regum, habet, nec alio cognomē appellatur? Nam ex
 quinq; noībus gubernationū ciuilium quas narravimus,
 vnu solum hoc erat. s o c. Videtur. H O S. Quid porro?
 quoties neq; ex lege, neq; ex more quispiam dominatur,
 simulatq; scire se, & p̄ter leges rectius hoc ita fieri oport-
 ere, inest aut libido & ignorantia quodam quæ ad imi-
 tationem eiusmodi inducit, an non vir talis tyrannus est
 appellandus? s o c. Et maxime quidē. H O S. Huc rōne
 rex exitit, vt diximus, & tyrannus, paucorū potētia,
 optimatū gubernatio, nēcnon popularis administratio, cū
 agrē ferrent hōes vnius imperium, diffideremq; virum
 talem reperiri aliquando posse tanto imperio dignum, qui
 & posuit & velit virtute & scientia imperans, sancte
 & iuste suū cuīz ius tribuere, timerentq; p̄terea ne forte
 vir vnuus licentiam naētus, quēlibet pro libidine laderet,
 & opprimere atq; necaret. quoniam si talis quidam qua-
 lē figurauimus, nobis occurreret, amaretur profectio eius
 administratio, quæ sola oīum rectissima est, conductiq;
 ad bene beateq; viuendum. s o c. Sane. H O S. Nunc
 aut postquam non nascitur rex talis in ciuitatibus, qua-
 lis inter apū examina statim à principio tā corporis quām
 animi habitu caseros antecellens, necesse est cœtu consul-
 tantium factō instituta conscribere, vestigiaq; verisimile
 respub. illius percurrere. s o c. Sic apparet. H O S. Et mi-
 ramur oī Socrates, quod in gubernationibus eiusmodi
 mala q̄ fieri videmus, euēniant, venturaq; sint, eo iacto
 fundamento, quod non scientia, sed scriptis quibusdā in-
 stitutionibus moribusq; nititur tantū in rebus agendis,
 quo si alia q̄dam gubernatio vel ciuitas vñatur, certum
 Ciuitas sua est oīa funditus eversuram. Aut illud fortasse mirum
 p̄te natura magis videri debet, quām robusta res natura ciuitas sit:
 nā cum ciuitates nōnullæ sic iam diu infectæ, permanet
 nihilominus, neq; corruunt: multa tamen nauium instar
 submersæ perierūt, pereunt, atq; peribunt, ob gubernatorū
 nautarumq; improbitatē, qui in rebus maximis extrema
 quadam ignorantia detinentur: quoniam cū rerum ci-
 uilium prorsus ignari sint, in ystam plurimū sibi sa-
 pere videntur. s o c. Vera loqueris. H O S. Cū igitur
 oīs non rectæ respub. sint ad conuiuendum difficiles, vi-
 dendū q̄ levissima, quāue oīum onerosissima sit: quæ
 res et si minus ad id, de quo nunc agimus, pertinere vide-
 tur: tamen in vniuersum fortasse oīa huius gratia fa-
 cimus. s o c. Ita prorsus agendū. H O S. E tribus vnam
 atq; eandē facilimā simul, & difficilimā ferunt. s o c.
 Qui isthuc aī? H O S. Non aliter quām suprà, tres scili-
 cet esse ciuiles gubernationes, vnius, paucorū, atq; mul-
 torum primū sermone confusa. s o c. Erant & suprà.
 H O S. Singulis aut in duas diuisi, sex efficiamus, re-
 clamq; ipsam velut sapientiā ab alijs secernamus. s o c.
 Quo pacto? H O S. Vnius principatum in regnū, & tyra-
 nidem distribuimus. Dominationē vero quæ non multis
 cōpetit, in speciem vnam q̄ laudanda est, optimatū scili-
 cet gubernationē: alteram q̄ vituperanda, paucorum po-
 tentiam. At multorum administrationem tunc simpli-
 cem posuimus, popularē gubernationem denō antē: nūc
 vero & hanc duplēcē esse dicamus. s o c. Qua igitur
 rōne diuidemus? H O S. Non alia quām reliqua, et si no-
 men huius sit geminum. Verū tā huic quām alijs cō-
 hoc est, vt leges vel seruent, vel transgreditantur. s o c.
 Est utiq;. H O S. Tunc sanè rectam gubernationem qua-
 rentibus, partitio hac nihil conducebat, vt suprà mōstra-
 bamus. Postquā vero illam segregauimus, cæteras vero
 necessarias duximus, in his iam legum vel custodia vel
 transgressio singulas bisariam partiuntur. s o c. Ex eo
 qui nunc est dictus, sermone ita videtur. H O S. Vnius
 igitur dominatio bonis coniuncta cōstitutionibus, quas le-
 ges vocauimus, sex illarū oīum optima est: legū expers
 dura est, & subiectis oīum onerosissima. s o c. Apparet.
 H O S. Gubernationē vero in qua non multi imperiāt,
 medium cōserere debemus, quem admodū quod paucū est,
 inter vnu multāue medium obtinet: cæterū multorum
 administrationē per oīa debilem, vt pote quæ ad alias cō-
 parata, nihil magnificū, sive bonum, sive malū efficere
 posuit, propterea quod magistratus ad exigua redacti sūt,
 in multosq; diuisi. Quapropter legitimarū oīum Re-
 rumpub. hac deterrima est, iniquarū optima. Ac si
 omnes intemperatæ sint, in populari præstet viuere: si tē
 perata oīs, minime omnium in ista viuendum. In prima
 vero vitam agere potissimum est atq; optimum, excepta
 septima. Illam namq; ab omnibus alijs gubernationibus,
 non aliter quām ab hominibus Dēū secernere decet. s o c.
 Videntur hac ita fieri atq; contingere, & vt inquis, ag-
 dum. H O S. Nonne igitur oīa harum Rerump. eo solo qui
 sapientiā illius est, excepto, administratores segregare de-
 cet, vt pote qui non reueraciuiles, sed seditionis viri sint,
 laruarumq; ingentium p̄fides, imo laruae ipsæ, simile ma-
 xime, maximq; prestigiatores, sophistarumq; sophistæ?
 s o c. Cognomentum hoc ijs qui ciuiles dicuntur, cōpe-
 reire videtur. H O S. Iam tandem ab arte ciuili Centau-
 rorum illā Satyrorumq; choreā vix tandē separan-
 tium, quām suprà cernere nos dicebamus, & à ciuili separan-
 tam arbitrabamur. s o c. Videtur. H O S. Durius præ-
 terea quiddam his restat, quod eo difficilius à rege diser-
 nitur, quo illi est natura coniunctius, ideoq; idem nobis
 quod

quod aurum effodientibus contigisse videtur. s o c. Quē admodum? h o s. Terram & lapides, aliaq; permuli a ab illo primum artifices separant: supersunt autem post hec cognitora quādam auro preciosiora q̄ cōmixta, igni solo ab auro fecernenda, as, argentum, quandoq; etiam adamas: quae vix tandem facta ad ignem examine explorantur, aurumq; purum putum videre nos finūt. s o c. Ita de ijs fertur. h o s. Eadem ratione & nos videmur à ciiali nunc scientia vehementer aliena & longinqua admodum separasse, proxima vero & honoranda reliquissse. Quorum numero est, p̄ficitura exercitū, iudicialis pratura, oratoria dignitas cum regia autoritate cōmunicans, dum quod iustum est, persuadet, & cum illa publicas res gubernat: quae si quis modo quod facile seget, nudum iam ac solum illum que querimus, ciuilem nobis ostendet. s o c. Haud dubium est hoc oī studio conandum. h o s. Experientia quidem causa ipsius patet, per musicā vero patefaciamus. Ac dic mihi. s o c. Quid vis dicam? h o s. An est disciplina nobis aliqua musica artiumque manū ministerio per aguntur? s o c. Est. h o s. Quid igitur, nū & hic scientiam esse aliquā dicemus, quae doceat quae artium discenda sit, q̄ minus? s o c. Esse planè dicemus. h o s. Nonne hanc ab alijs esse diuersam? s o c. Et hoc. h o s. Deinde nullāmē earū, aut alteram alteri dominari, aut huic illis, aut illis hac oībus velut antistitem p̄esse dicemus? s o c. Eam q̄ de singulis artibus quanam discenda sunt, & q̄ minus, dico dicat. h o s. Et docenti igitur, & discenti imperare illam afferis? s o c. Prostus. h o s. Et eam q̄ iudicat, persuadendumne sit, an non, illi q̄ persuadere potest? s o c. Quidni? h o s. Persuasionē illam que ad turbam fit per cofabulationem quandā exhortationemq; potius quam do Etrinam, cui potissimum scientia tribuemus? s o c. Constat oratoria tribuenda esse. h o s. Cuius artis officium dicimus, indicare virū vi an persuasionē viri, & in quibus, & contrā quos viri deceat? s o c. Eius q̄ persuadendi dicendiq; peritiae dominatur. h o s. Est aut, vt arbitrator, ea nulla p̄terquam ciuilis h o s facultas. s o c. Praclarè. h o s. Sic igitur protinus oratoria à ciiali faculitate distincta videtur, ut species quādam alia, ciuali isti subiecta. s o c. Ceriè. h o s. Quid insuper de hac facultate cogitādum? s o c. Qua? h o s. Qua pugnamus aduersus eos quibus bellū indiximus. Nū artificiosam hanc, an artis expertē, esse dicemus? s o c. Quis vero arte carere dicat, ea oī a quae militaris disciplinæ sunt? h o s. Facultatem vero illam q̄ consultando prudenter deliberare potest quibus cū bellū gerendum sit, vel pax ineunda, nunquid ab ea diuersam, an cādem cū illa putabimus? s o c. Diuersam, si quidē superioribus stamus. h o s. Nonne si superiorum rationem sequimur, hanc que de bello cōsultat, illi que bellum gerit, dominari dicemus? s o c. Idipsum. h o s. Quam vero facultatem vere p̄ter regiam illam ciuilium rerum disciplinam potentissimā totius rei militaris arti p̄esse dicemus? s o c. Nullā prorsus aliam. h o s. Scientiam igitur eorū qui exercitus dūcunt, quia obedit & seruit alteri, haudquaquam ipsam ciuilem facultatem ponemus esse. s o c. Haud sane decet. h o s. Age iam p̄torum qui iuste singula iudicāt, munus cogitemus. s o c. Cogitemus. h o s. Nūquid longius patet, quam vt circa contractus oī genos quid iustum, quid non, consideret, & ad normam legū quas rex ipse condidit, respiciēs, de singulis iudicet, propria virtute semper adhibita, per quam negl muneribus, nec minis, nec misericordia, nec odio, nec amore legibus trāḡres̄, mutuas accusationes dissoluat? s o c. Non aliud certe quād nūc abs te dictū, iudicis est officiū. h o s. Constat itaq; vim Quod indi iudicū non esse regiam illam maiestatē, sed legū custodiē, ciaria est re regis q̄ ministra. s o c. Apparet. h o s. Quisquis artes quas memorauimus, cunctas considerauerit, cogitare debet earū nullāmē esse ciuile quād q̄rimus disciplinā: quippe cū regiæ maiestatis officiū sit, non vt ipsa quidem agat, sed vt agere Valentib⁹ imperet, cognoscat q̄ imperium & vim eorum q̄ in ciuitate sunt maxima, tū quid decorum, quid opportunū sit, quid contrā: ceteras vero facultates iussa capessere, & mandata trāfigere. s o c. Optimè. h o s. Quāmōbre artes illae quas modō narravimus, cūm negl suis p̄arū, negl inuicē domina sint, sed singularē proprijs quibusdā incubant operibus, merito munij proprij propria sortita sunt noīa quoq;. s o c. Apparet. h o s. Ea vero q̄ cunctis his p̄ficit, legumq; & oīum quae in ciuitate sunt, cur am habet, omniaq; contextit, merito cōi appellatione comprehendentes, ciuilem scientiam nuncupamus. s o c. Omnino. h o s. Nunquid in p̄sentia secundum textoria facultati exemplum percurrere hanc decet, postquam oīa quae in ciuitate sunt genera, patefactim? s o c. Maxime. h o s. Declarandū deinceps, vt videtur, quae sit concinnatio regia, & qua rōne compliet texatq; qualemq; texturam nobis efficiat. s o c. Sic. Qualis sic est. h o s. Res quidē demonstratu difficultis: sed quoniam necessaria visa est, pro viribus declarāda videtur. s o c. Oīo declarandum. h o s. Quid n. Virtutis pars à specie virtutis differat, facile pot aduersus ēt contentiosos hōes multorum opinione probari. s o c. Haud intelligo. h o s. Sic fortē intelliges. Fortitudinem arbitrari te puto parcer aliquam virtutis esse. s o c. R. Penitus. h o s. Temperantiam aut à fortitudine esse diuersam, esse tamē eiusdem partem cuius est fortitudo. s o c. Ita. h o s. Mīrum quiddam de his statuere audiendū est. s o c. Quid nam? h o s. Quid duo hēc quādāmodō multis in rebus sibi inuicem plurimum aduersantur. s o c. Quārōne id aīs? h o s. Inauditum hoc. siquidem partes virtutis oīes mutua inuicem amicitia vinciri dicuntur. s o c. Utq;. h o s. Consideremus itaq; diligenter, virum hoc ita simplex sit, an differentiam horum maximam in cognatis quādāmodō habeat. s o c. Nempe. sed dicas ubi considerandum. h o s. In omnibus quacunq; pulchra vocamus, & ad duas inter se contrarias species ea referimus. s o c. Dic apertus. h o s. Velocitatem vel corporum, vel animalium, vel vocum, siue horū ipsorum, seu etiam simulacrorum quacunq; vel musica vel pictura exprimit imitando: horum tu quicquam vñquam vel ipse laudasti, vel laudantē alii audiisti? s o c. Quid igitur? h o s. Recordaris quo illa in unoquog; istorū laudantur? s o c. Minime. h o s. Viram igitur possem hēc ita, vt mihi videatur, explicare verbis. s o c. Quid prohibet? h o s. Facile hoc, vt video, tibi videtur. quare ipsum in generis sub contrarijs consideremus. Hēc fūnt, quoties miramur rerū multarum velocitatē, vehementiā, acumen siue cogitatione, siue corpore, siue ēt voce, vna quadāfortitudinis appellatioē solimus uti laudādo. s o c. Quo pāclō? h o s.

H O S . Acutum dicimus & forte , velox & forte , vehementes & forte ? hasq; naturas eoi fortitudinis nomine laudare solemus . S O C . Profecto . H O S . Nonne et cum quid sensim leuiterq; fit , eam rem in multis actionibus saepe laudamus ? S O C . Valde . H O S . Nonne contra hic , quam illic laudibus videntes dicimus ? S O C . Quomodo ? H O S . Quiet a hac , saepe dicimus , & temperata , & haec circa cogitationem amamus , circa actiones tarda & mollia , circa voces lenia atq; grauia , & oem rhythmitic numerosumq; motum , omnemq; musam opportuna tarditate videntem : hisq; omnibus moderationis nomen , non fortitudinis adhibemus . S O C . Vera loqueris . H O S . At quoties opportunatatem istam non seruant , contra mutatis nostris vituperamus . S O C . Qui ? H O S . Cum acutiora sunt velociora , & asperiora siue duriora quam opportunitas exigit , dicimus contumeliosa , petulantia , furiosa : cum vero grauior a tardiora , & molliora sunt , timida inepta dicimus , & ignava : ac propemodum & haec & temperantia fortitudinisq; naturam contrarias esse , velut hostiles formas , & inter se seditionem agitantes inueniemus , nec unquam in actionibus quas circa haec videntur , cõmiseri , neq; eos insuper quorum in animis haec insunt , inter se consentire , sed discrepare potius , si modo diligenter inuestigemus . S O C . Vbi nam inquis ? H O S . In q; inquam oib; quae retulimus , quin & in alijs consenteaneum est permultis : nam cum utiq; pro natura sua a finitate partim res ut proprias suasq; laudent , partim ut alienas & extraneas reprobent , in multis eos sibi vehementer aduersari contingit . S O C . Videntur . H O S . Alteratio haec specierum talium quibusdam ludus quidam est , in maximis aut rebus moribus fit oib; ciuitati grauissimus . S O C . Qualibus in rebus inquis ? H O S . In oib; ut consentaneum est , constituzione viuendi . Nam qui certis modestia praestant , vita tranquillitati stident , sua semper priuatim agentes , pacis audi concordiaq; tanta erga exteris , quam erga conciues . Atq; huius amoris excessu orientur ex imperata

PLATON
RAS, VEL
MARSIUS
EGYPTI

Quae mala abicit mala , vilia capiat .

Oib; scieta abicit mala , vilia capiat .

Atq; huius amoris excessu fit , ut dum suis priuatim incumbunt operibus , clam & ipsi imbelles eneruatiq; reddantur , & iumores suo exemplo emollient & effeminent . Vnde inuidentibus qui bus liber expositi sunt , ac brevi ipsi natig; , & patria oib; paulatim amissa libertate succumbunt . S O C . Durum valde morbu grauemq; narrasti . H O S . Qui vero ad fortitudinem magis quam oporteat declinates bellicosam vitam vehementer affectant , hisaep patriam suam ad bellum incitant & hortatur , vnde gentes plurimas , & potentes yrbi suae infensas reddunt . Quapropter vel funditus ciuitates suas euertunt , vel imprudenter in hostiis redigunt seruitute . S O C . Sic quoq; accedit . H O S . Ergo quis neget i his haec utraq; sibi iniuncte plurimum aduersari ? S O C . Nemo utiq; . H O S . An non quod ab initio crebamus , nunc inuenimus ? quod videlicet partes virtutis quedam non paruae natura , & ipsa secum pugnant , & qui habent , discrepare inter se plurimum faciunt ? S O C . Apparet . H O S . Hoc iidem videamus . S O C . Quidnam ? H O S . Num scientia aliqua sit ex his quarum actio in compendo versatur , q; opus aliquod suum vel vilissimum est , sponte ex malis simul & bonis construat ? An potius oib; scieta prava semper pro viribus vitat , apta vero & vtilia captat ? ex his aut partim similibus , partim dissimilibus oib; in vnu collatis , vnam quidam vim ideamq;

confiat ? S O C . Istud potius . H O S . Nunquam igitur vera secundum naturam ciuilium rerum peritia ex malis bonis sue hoib; ciuitatem ullam sponte constituet : sed disciplina & periclitatione aliqua vnumqueng; explorabit , factog; examine , id illud postea munus his qui & docere alios , & ipsi obsequi possunt , committet : quibus ipsa sic sedula praeſidebit mādabitq; , ut textoria ars carminatoribus caterisq; lanifici p̄paratoribus praeſidet , talia peiciens singulis , qualia ad texturam suam coducere arbitratur . S O C . Ita prorsus . H O S . Eadem rōne regia mateſtas mihi vide tur oib; iuxta legum instituta ceteras imbuientibus eductibusq; p̄sidens , id duntaxat ut exerceant doceantq; permittere , quod ad ipsius rōnem attinens mores decoros inducat : eos aut qui fortitudinis , temperatiae , aut ceterarum virtutum vim assequi no possunt , sed prauitate naturae ad impietatem , petulantiam , iniustiamq; trahuntur , e cœtu ciuium eycit , exilioq; , morte & extrema opprobrio damnat . S O C . Ita quodammodo traditur . H O S . Ignaros aut pusillanimesq; homunculos seruili ministerio subiugat . S O C . Scite admodū . H O S . Ceteros aut quorū ingenia ad generosum habitum per disciplinam euehi posunt , arteq; inter se contēperari patiuntur , seruat atque tueretur . Ex his vero q; ad fortitudinem magis vergunt , statim vice propter solidos mores esse cēst : quae aut ad modestiam , mollii teneraq; materia similes , imaginem habere subtegminis crocei coloris . Ea deniq; quae in contrarium diuersumq; natura tendunt , hoc modo vincere inimicem , & cotexere nititur . S O C . Quo H O S . Primo quidem iuxta cognationis rōnem partem anima sempiternā diuino vinculo neclit : post diuinam aut , illam quae animalis natura est , humanis . S O C . Quo iſtud ? H O S . Quoties in animis vera stabilitasq; de pulchro , iusto , bono , horumque contrarijs rebus opinio fit , diuinam illam in genere damonico , id est , scito felicis fieri aſeuero . S O C . Debet sane . H O S . Scimusne oportere ciuilem virum ac bonum latorem legum , solium regia musa posse hoc illis inferere , qui recte & disciplinat . Ut decet participes sunt , quibus modo commemorationis ? S O C . Consentaneum id quoque . H O S . Qui vero id facere o Socrates nequit , nominibusq; iam quarebamus appellari non debet . S O C . Non certe . H O S . An non fortis animus si veritatis huiuscmodi sit particeps mansuscit , atq; ita maxime iuste inter alios vivere & agere cupit ? sicut autem omnino sit expers , ad ferinam naturam delabitur ? S O C . Procul dubio . H O S . Atqui & modestus natura animus opinionibus illis imbutus , reuera temperans moderatusq; , adeo ut reipublicæ virilis sit , efficitur . Vacuus autem turpem soliditatem ignaviaq; reportat infamiam . S O C . Valde . H O S . Nonne dicendum est complicationem vinculumq; huiusmodi , & malis ipsis inter se , & bonis erga malos , stabilenumquam esse ? neq; scientiam ullam hoc ad eiusmodi hominesvinciendo de industria vri ? S O C . Prorsus . H O S . Illis aut quos generosis moribus natura donavit , & ad naturam normam educavit consuetudo , solis id vinculum per leges inditur : estq; in his ars illa ciuile velut remedium , & hac rōne illa ipsa , quam suprā diximus , partium virtutis natura contrariarū pugnantiumq; coeliaſtio diuina quædā fit . S O C . Vera haec sunt . H O S . Vbi diuinū hoc vinculum constat , facile est & inuenire , & inuita perficere vincula humana . S O C . Qua rōne ? Etq; potis

potissimum? H o s. Affinitatum liberorumq; necessitudines illas, queq; in elocationibus nuptijsq; sunt: plurimi. n. circa hæc no recte ad procreandum liberos copulatur. S o C. Quæbrem? H o s. Diuitias n. potestiamq; in his rebus quam cupidè persequantur, quid attinet diligenter oratione percere? S o C. Nihil. H o s. De illis aut quibus genus cura est, loqui præstat, si quid forte pter modū agant. S o C. Aequum est. H o s. Agit aut nulla quidem rōne recta, ppter voluntate securi, & ex eo quod similibus tantu delectantur, dissimilibus vero minime, difficultatis plurimū excitant. S o C. Quo pacto? H o s. Modestū siquidem hōes similes sui mores quunt, et quo ad possunt ex hmoi & ipsi ducunt, & elocant suas talibus. Eodem pacto forte illud genus, similes sibi adsciscit, cum oporteret contraria oī no ab utroq; genere fieri. S o C. Quo? & quā ob causam? H o s. Quoniā fortis natura hæc est conditio, vt si per multas successiones expers temperantia permaneat, principio fiat robustior, tandem vero in furore versa deficiat. S o C. Conuenit. H o s. Russus aī a pudore abundans, audacia vero fortitudinis vndiq; carens, si per multas similiter generationes transeat, seignior fit quam decet, ac demū extremo quodam torpore mergitur. S o C. Id quoq; ita contingere constat. H o s. His ut diximus ligamets vincere utrāq; hōiū generā facile possumus, si ut diximus, opinione de bonis et pulchris utrāq; habeant eandē. Hoc aut vnum & integrū regiae textura opus est, ut nunquā moderatos mores scorsim à fortibus esse permittat, sed utrāq; ingenia inuicem per opinionis eiusdem confessionē, per honores vituperationesq; per alternata coniugia cōtexens, telam ex his lenē optimeq; coherentem efficiat, hisq; cōtē semper ciuiles magistratus muneraq; cōmittat. S o C. Quo pacto? H o s. Vbi vnius sufficiet gubernatio, hōiū p̄ditum moribus utrāq; præsicit. Vbi pluribus opus erit, utrāq; generis partes aliquas cōmiscebit. Temperatorū n. principum mores cauti admodū & iusti, et salutares: acri p̄optitudine & vehe mentia quadam ad agēdum idonea indigent. S o C. Ita de his quoq; videtur. H o s. Fortitudo aut in cautione, et iustitia illis cedit, in rebus agendis plurimum antecellit. Neq; vero possunt in ciuitate oī a benē agi priuatim et publice, nisi ambo hac adhinc. S o C. Non certe. H o s. Finem igitur ciuilis actionis recta plicatione contextū tunc extare dicamus, quando fortius, & temperantium ingenia concordia amicitiaq; concilians, cōem illorum efficit vitam: qui sanè contextus præclarissimus oīum est & optimus, aliosq; insuper oīs in ciuitate tam seruos quam liberos protegens, & complectens, hac textura serieque comprehendit: atq; ita dominatur, & præsidet ciuitati, ut nihil prætermittat eorū, quae, quoad fieri potest, beatam efficiunt ciuitatem. S o C. Profecto nobis hospes regium ipsum ciuilemq; virum egregie definisti.

PLATONIS PROTAGORAS, VEL, SOPHISTAE.

M A R S I L I Y F I C I N I
A R G U M E N T .

E X T A T apud Gracos verissimum de Platone dictum, Phæbum videlicet duos præcipue filios genuisse, Aesculapium, &

Platonem. Aesculapium quidem qui corporibus, Platonem vero qui animis mederetur. Socratem quoque Socrati omnes purgandorum gratia animorum à deo missum fuisse testantur. Moribus autem animi in falsis opinib; malisq; moribus videtur consistere. Tantum vero malum ingenuis animis haud tam facile ab alijs, quam à sophistis solet inferri. Profecto philosophi sunt qui veritatem studiose querunt veritatis duntaxat ipsius amore. Sophistæ vero, opinionem affectant, similiter opinonis amore. Hi enim quasi disciplinarum mercatores & carpones, undeque opiniores absque delectu variis congregant, tum ad excogitandum, tum ad dicendum vicinque libuerit pertinentes, quas deinde quasi venales diuitibus vendant adolescentibus, diantarum & manus glorie gratia. Itaque nihil inquam habent pensi, utrum vera, vel bona an contra, aut ipsi dicant, aut alios doceant: sed & confundunt, & passim errores effundunt quotidie plurimos, nulla prorsus recte elationis habita ratione, modo & diuitias cumulant, & vulgarem gloriam consequantur. Namobrem necesse est adolecentes atque viros, qui sophistas ob sapientia opinionem, & eloquentiæ sucum plurimi faciunt, quotidie ab illis falsarum opinionum pessimorumq; morum venena combibere. Si quidem mali mores, & falsa sequuntur opiniones, & facile ab anaris ambitiosq; præceptibus, qui nihilominus plurimi existimantur, in discipulos transducuntur. Plato igitur animorum misertus tam prone, tam grauitè periclitantium, frequentissimè sub Socratis sui persona maleficos, veneficosq; sophistas pro viribus detestatur, quo videlicet homines discordi cupidi cautè fallaces deudent Sirenum cantus, & noctua poenitentia Circes. Neque tamen ineptius eos manifeste effulminat, ne vel ipse perturbatione vlla odioq; in illos videatur adduci, vel ipsi personisq; scelerates, venenosa in eum impudentissimè linguae tela retorquent. Ergo partim ironia, partim risu, sepe ioco, & ludo, sepius honesta quadam redargutione immeritam sophistis auctoritatem conatur admovere. Id quidem in Sophista acutissimè perficit. Ideo in Gorgia elegantissimè. Facet admodum & urbanè in Elippi, Scitè & argutè in Euthydemō. Artificiosè etiam in Protagora, sepeq; similiter. Vbiq; vero sophistas omnia profientes inducit tacitabundos, & gloriosos, temerarios insuper, & auaros. In principio quidem disputationis satis aptos, paulatim vero inceptiores, postrem omnino inceptissimos, qui nulla de re præcipue graviori, vel quid sit, vel quanta, vel qualis, intelligent: cumq; profiteantur omnia, nihil eos omnino seire conuincit. Haec tamen in omnes Platonis dialogos in quibus Sophistarum commemoratio sit, præfatos esse sufficiat. Pergamus iam ad Protagoram. Socrates à Diotima fatidica artem amatoriam didicit, per quam sciebat per corporum pulchritudinem quasi per vestigia quādam sagaciter venari, tum animi, tum mentis angelicæ, deiq; pulchritudinem, tandemq; artem ubique docebat. De hac eius arte Plato, & sepe alibi, & in Symposium ac Phædro præcipue pertraelauit. Eadem in principio huius libri significauit. Ideo subiunxit eum non minus amare virum quam adolescentem. Ac paulo post seniores quoque amare ardenter, modo sapientiores apparent. Post hæc Socrates dum Hippocratem adolescentem discipularum audissimum artificiosissime monet ne tenere cuiuslibet se disciplina committat, non solum illum, sed & nos commonescat, & curam animi longè magis quam corporis habeamus, caueamusq; diligenter ne discipulis ipsum noxium imbuamus. Eas enim magis obesse animo, quam corpori nostro venenum. Mox quasi pector Sophistarum fastum, vanitatemq; ante oculos ponit. Demonstrat quoque quantum inuentus credula eorum tum pompa admiretur, tum lenocinijs capiatur. Deinde ad ea descendit quæ maximi ad vitam momenti sunt, & quibus sophista plurimum gloriatur, quærens de virtute quidem omni, præcipue vero de præcipua, id est ciuitate, per quam propria ciuifisque, & familiaris, & publica res ad summum bonum recte ratione disponitur: quam velut præ ceteris necessariam Plato in omnibus penè querit dialogis: intereaq; ostendit hanc nullo modo à Sophistis esse petendam. sed quodammodo à philosophis: qui cum verum intelligant colantq; bonum, nimurum recte ad ipsum tramite deo duce perducere possunt. Sed redeamus nunc ad Sophistam, quem non posse virtutem eiusmodi, vel exemplo tradere, vel disputatione docere, ex hoc planè perspicitur, quod & ipse virtutis est expers, & rectum disputandi ordinem non obsernat. Cum enim interrogetur Protagoras hic à Socrate, virum virtus doceri possit necone, ut pote qui vera differendi artis sit ignorans, reciperit statim se ostensurum virtutem posse doceri, antequam quid ipsa sit quotne in partes diuidatur, aperiat. Socrates autem tentandi Sophistæ gratia argumentatur eam doceri non posse, in penè verbis. Quando publice de aliquo eius artis opificio consultatur, quæ à certis preceptoribus doceri potest, nullus admittitur ad consilium, præter